
HEXAGLOTTON
ALTERUM,
DOCENS LINGUAS,
ANGLICAM, GERMANICAM, BELGICAM, LATINAM, LUSITANICAM,
ET
SYRIACAM,
UT INTRA BREVISSIMUM TEMPUS OPE LEXICI LIBROS EXPLICARE DISCAS.

AUCTORE
IGNATIO WEITENAUER S. J.
LINGUARUM HEBRAICÆ ET GRÆCÆ IN ALMA LEOPOLDINA OENIPONTI PROFESSORE.



Cum Approbatione & Privil. Cæſareo.

AUGUSTÆ VINDEL. ET FRIBURGI BRISG.
Sumptibus Fratrum WAGNER, Bibliopolarum.
MDCCLXII.

Digitized by Google

Digitized by Google

Facultas R. P. Provincialis Provinciæ Germaniæ Superioris Societatis JESU, cum Privilegio Cæſareo.

Cum D. Ignatius Wagner, Bibliopola Auguſtanus, typis vulgare deſideret Librum, cui titulus: Hexaglotton alterum variarum Linguarum &c. à P. Ignatio Weitenauer, Societatis JESU Sacerdote, conſcriptum; Ego Mathias Stöttlinger, ejusdem Societatis per Germaniam Superiorem Præpoſitus Provincialis, poteſtate ad id mihi facta ab A. R. P. N. Laurentio Ricci, univerſæ Societatis JESU Præpoſito Generali, Eidem ad hanc primam duntaxat dicti Libri editionem facultatem impertior; ſimulque communico Privilegium Cæſareum, quo aliis Bibliopolis, atque Typographis omnibus interdicitur, ne Librum illum, aut alium quemcunque a Noſtris ſcriptum, citra conſenſum Superiorum recudere, aut intra fines Sacri Romani Imperii inferre præſumant. In cujus rei fidem has Ei manu propria ſubſcriptas, & conſueto officii mei ſigillo munitas dedi. Ratisbonæ 9 Nov. 1761.

(L.S.) Mathias Stöttlinger.

X 2 PRÆ-

Digitized by Google

PRÆFATIO.

Lectoris benevolentia, qua Hexaglotti mei prioris editio prima & ſecunda excepta eſt, ac jam pridem tertia flagitata, denique apud me effecit, ut iſtud quoque Hexaglotton Alterum committere prælo auderem. Primum in hoc locum tribuo Linguæ Anglicæ, laude & gratia apud Germanos, ſi unquam alias, certe nunc florenti. Germanicam ita propono, ut non libris tantum, ſed epiſtolis etiam ſcriptisque forenſibus intelligendis auxilia ſubminiſtrem, propterea quod multi ſint, quorum multo plus interſit, literarum ſenſum aſſequi, quam librorum. Germanicæ filiam addidi Belgicam, ut Latinæ Luſitanicam, & iſtam quidem iisdem rationibus ductus, quæ me ad Hiſpanicam in Hexaglotto primo docendam permoverant. Atque ut illi coronidem impoſuit Hebraicum & Chaldaicum, quæ Veteris Inſtrumenti Libris Divinis ſervirent: ita hic ſexto loco Syriacam Linguam veluti ceterarum clauſulam collocavi, ut Inſtrumento Novo adjumentum afferrem. Vale, Lector Benevole, & ex his Linguis eam aut eas elige, unde potiſſimum ſperare commodum ad nominis Divini gloriam in omnem vitam licebit.

INSTI-

Digitized by Google

INSTITUTIONES ANGLICÆ.

Lector Benevole.

UT de mea docendarum linguarum ratione obiter mentionem faciam, ſcio, promiſſam a me brevitatem plurimis incredibilem eſſe viſam. Quibus ego non opponam tot alios, qui mihi ultro tum per epiſtolas, tum præſentes confeſſi ſunt, intra unam alteramve horam ſe mea methodo duce tantum didiciſſe, nonnulli etiam alios docuiſſe, ut ope Lexici libros explicare poſſent. Non provoco, inquam, ad hos omnes: tuis ipſe oculis ut poſſis credere, Lector Candide, ecce Horam Anglicam, in quatuor ſuas partes diviſam: ut tua ipſius experientia metiri queas, peragratis his ſpatiis ad eum, quem polliceor, terminum facile perveniri. Horam, quam hic membratim deſigno, eodem modo eademque veritate aſſignare etiam per totidem quadrantes licebat gallicæ, italicæ, aliiſque Europæ linguis viventibus: Anglicam ad hoc eligere viſum eſt, quod aliis difficilior a plerisque exiſtimetur. Age, Lector, ad rem accedamus.

A Horæ

Digitized by Google

Horæ Anglicæ

Quadrans primus.

1. ARticulus Anglorum definitus (Germanis der, die, das) eſt *the*, generis omnis, & utriuſque numeri. Articulus unitatis (ein, eine) eſt *a* ſeu *an*. Nota Genitivi & Ablativi eſt *of*, Dativi *to*.

2. Pluralis Nominum fit adjecto *s* vel *es*. *Word*, verbum; *Words*, verba: *a Dictionary*, Lexicon; *the Dictionaries*, Lexica.

3. Comparativus definit in *er*, Superlativus in *eſt*. *hard*, durus; *harder*, durior; *hardeſt*, duriſſimus.

4. Conjugatio Verbi Auxiliaris *to have*, habere.

	Ego.	Tu.	Ille.	Pluralis omnium perſonarum.
Indicat. Præſens.	*have*,	*haſt*,	*hath* vel *has*:	*have*.
Imperf. & Perf.	*had*,	*hadſt* vel *haddeſt*,	*had*:	*had*.
Præter. compoſ.	*have had*,	*haſt had*,	*has*(*hath*) *had*:	*have had*.
Plusquamperf.	*had had*,	*hadſt*(*haddeſt*)*had*,	*had had*:	*had had*.
Futurum.	*ſhall have*,	*ſhalt have*,	*ſhall have*:	*ſhall have*.
Imperativus.		*have*:		*have*.
Conjunct. Præſens.	*have*,	*haſt*,	*have* vel *hath*:	*have*.
Imperfectum.	*ſhould have*,	*ſhouldeſt have*,	*ſhould have*:	*ſhould have*.

Infinitivi Præſens. *to have*. Præterit. *to have had*.

Particip. Præſentis. *having*. Particip. Præter. *having had*.

Supinum. *had*. Gerundium in *di*. *to have*.

do. *in having*.

dum. *for to have*.

Quadrans ſecundus.

5. Conjugatio Verbi Auxiliaris *to be*, eſſe.

	Ego.	Tu.	Ille.	Pluralis omnium perſonarum.
Indicat. Præſens.	*am*,	*art*,	*is*:	*are* vel *be*.
Imperfect. & Perf.	*was*,	*waſt*,	*was*:	*were*.
Præter. compoſ.	*have been*,	*haſt been*,	*has*(*hath*)*been*:	*have been*.
Plusquamperf.	*had been*,	*hadſt* (*haddeſt*) *been*,	*had been*:	*had been*.

Ego.

	Ego.	Tu.	Ille.	Pluralis omnium perſonarum.
Futurum.	*ſhall be*,	*ſhalt be*,	*ſhall be*:	*ſhall be*.
Imperativus.		*be*:		*be*.
Conjunctivi Præſens.	*be*,	*bi* vel *beeſt*,	*be*:	*be*.
Imperf.	*were*,	*wereſt* vel *wert*,	*were*:	*were*.
vel	*should be*,	*shouldeſt be*,	*should be*:	*should be*.

Infinitivi Præſens. *to be*. Præterit. *to have been*.
Particip. Præſentis. *being*. Particip. Præter. *having been*.
Supinum. *been*. Gerundium in *di*. *to be*.
do. *in being*.
dum. *for to be*.

6. Tabella Conjugationis ordinariæ Verbi activi: in qua per lineolam transverſam (–) ſignifico Verbum ipſum, quale in Lexico reperitur: ubi vero literam unam aut plures adjicio, eædem Verbo ſeu ſtirpi addendæ ſunt.

	Ego.	Tu.	Ille.	Pluralis omnium perſonarum.
Indicat Præſens	—	— *ſt* vel *eſt*,	— *s* vel *th*:	—.
Imperf. & Perf.	— *ed* vel *d*,	— *edſt* vel *dſt*,	— *ed* vel *d*:	— *ed* vel *d*.
Præter. Compoſ.	*have* — *ed* v. *d*,	*haſt* — *ed* v. *d*,	*has*(*hath*) — *ed* v. *d*:	*have* — *ed* v. *d*.
Plusquamperf.	*had* — *ed* v. *d*,	*hadſt*(*haddeſt*) — *ed* v. *d*,	*had* — *ed* v. *d*:	*had* — *ed* v. *d*.
Futurum.	*ſhall* —,	*ſhalt* —,	*ſhall* —:	*ſhall* —.
Imperativus.		—,		—.
Conjunctivi Præſ.	—,	— *ſt* vel *eſt*,	—:	—.
Imperfectum.	*should* —,	*shouldeſt* (*shouldſt*) —,	*should* —:	*should* —

Infinitivi Præſens. *to* —. Præterit. *to have* — *ed* vel *d*.
Particip. Præſentis. — *ing*. (*) Particip. Præter. *having* — *ed* vel *d*.
Supinum. — *ed* vel *d*. Gerundium in *di*. *do* —.
do. *in* — *ing*.
dum. *for to* —.

(*) Si Verbum ipſum deſinat in *e*, hæc litera a ſyllaba *ing* abſorbetur. *to love*, amare; *loving*, amans.

7. Verbum Paſſivum conſtruitur ex Verbo auxiliari *to be*, & Supino ejus Verbi, cujus Paſſivum quæritur. *to invite*, invitare; *to be invited*, invitari: *we invite*, nos invitamus; *we are invited*, nos invitamur.

Quadrans tertius.

8. Relativum, *qui*, *quæ*, *quod*, non raro ſupprimitur. *He had the ſame Happineſs you now enjoy*: ille poſſidebat eandem felicitatem, tu (id eſt,

Digitized by Google

qua tu) nunc frueris. *Theſe are the Reflections I made upon this Man*: hæ ſunt animadverſiones, ego concepi (i. e. quas ego concepi) de hoc viro.

9. Apoſtropho liberaliter utuntur Angli. *ask'd* pro *asked*, interrogavit: *ſuffer'd* pro *ſuffered*, toleravit: *reveng'd* pro *revenged*, vindicatus: *King's* pro *Kinges*, *Son's* pro *Sones*, regis, filii, ut Germani Königs, Sohns: *that's* pro *that is*, hoc eſt: *'t was* pro *it was*, id erat: *I can't* pro *I cannot*, ego non poſſum: *ben't* pro *be not*, non eſtis, non ſitis: *we han't* pro *we have not*, non habemus: *cou'd* pro *could*, poterat, potuit: *wou'd* pro *would*, voluit, vellet: *tho'* pro *though*, etiamſi: *whate'er* pro *whatever*, quicunque.

10. Reperitur etiam *ded* in *t* contractum. *ſent* pro *ſended*, miſſus: *ſpent* pro *ſpended*, conſumpſit, expendit.

11. Si Compoſita non occurrant in Lexico, quære ſimplicia. Sunt autem particulæ, a quibus Compoſita inchoantur, fere latinæ germanicæque originis. *to reform*, reformare: *to conform*, conformare: *to befall*, befallen: *to miſimploy*, mißbrauchen: *to overheat*, überheizen: *to enshnare* ſeu *inshnare* (nam *en* & *in* promiſcue quærendum eſt) illaqueare: *to enlighten* ſeu *inlighten*, illuminare.

12. Multæ literæ inutiles aboleri ſenſim cœpere. Pro antiquis illis *Minde*, *Childe*, *Righteouſneſſe*, *Moneth*, omiſſo *e* nunc ſcribitur *Mind*, *Child*, *Righteouſneſs*, *Month*; pro *compleat* nunc *complet*; pro *chaunce chance*; pro *Penny*, *Honey*, *Theef*, nunc *Peny*, *Hony*, *Thief*; pro *Spight*, *Smoake*, *Warr*, *Spite*, *Smoke*, *War*; & ſimilia. Quapropter, horum altero non invento, ad alterum in Lexico recurrendum erit.

Quadrans ultimus.

13. Habes jam, Lector optime, inſtrumentum omne, ad explicandos ope Lexici libros anglicos neceſſarium. Cujus veritatis ut convincere te ipſe poſſis, en verſus aliquot Alexandri Pope, quibus in Epiſt. IV Moralium (*Eſſay on the Man*) diſſonas & inanes philoſophantium de Fortuna ſeu hominis felicitate opiniones hunc in modum irridet:

Ask of the Learn'd the Way, the Learn'd are blind:
This bids to ſerve, and that to ſhun Mankind:
Some place the Bliſs in Action, ſome in Eaſe:
Thoſe call it Pleaſure, and Contentment theſe,

Who

Digitized by Google

Who thus define it, ſay they more or leſs,
Than this, that Happineſs is Happineſs?

Ask. L. (hac litera brevitatis gratia Lexicon ſignifico) *to ask*, interrogare. Habes verbum *ask*, quale in Lexico reperitur, ſine ulla mutatione. Id ego (§ 6) per lineolam transverſam (—) nullo additamento auctam indicavi. Etſi porro lineola hæc ſæpiùs in Tabella Conjugationis occurrit, quia tamen nullus adeſt in præſenti loco Nominativus, ſatis apparet, neque Indicativum, neque Conjunctivum eſſe, ſed Imperativum. *Interroga, interrogate.*

Of the. Utrumque § 1. *the* articulus definitus, *of* nota ablativi. *Learn'd*, idem eſt quod *Learned*, litera *e* (§ 9) per apoſtrophum eliſa. L. *the Learned*, docti, homines literati. *Quære ex doctis.*

Way. L. via. *the* (§ 1) articulus. *Quære e doctis viam;* nimirum ad felicitatem.

The Learn'd, docti. *are*, Verbum auxiliare (§ 5) ſunt. *blind.* L. cæcus. *Docti ſunt cæci.*

This. L. hic, iſte. *bids.* L. *to bid*, jubere, invitare. — *s* (§ 6) ſeu *s* ſtirpi additum facit tertiam perſonam Præſentis Indicativi. *jubet, invitat. to ſerve.* L. ſervire.

And that. LL. & ille. *to shun.* L. vitare. *Mankind.* L. genus humanum. *Iſte jubet ſervire generi humano, ille* (jubet) *idem vitare.*

Some. L. quidam, aliqui. *place.* L. ponere, reponere. — (§ 6) reponunt. *the* (§ 1) articulus. *Bliſs.* L. felicitas. *in Action.* LL. in actione. *ſome in Eaſe.* LLL. *aliqui in otio. Alii felicitatem in actione, alii in otio reponunt.*

Thoſe. L. hi. *call.* L. appellare. — (§ 6) appellant. *it.* L. id, eam, *it. Pleaſure.* L. voluptas. *and Contentment theſe.* LLL. & contentum animum illi. *Hi eam appellant voluptatem, illi animum contentum*, ſeu tranquillitatem.

Who thus. LL. qui ſic. *define.* L. definire. — (§ 6) definiunt. *it.* L. id, eam.

Say. L. dicere. — (§ 6) dicunt. *they.* L. illi. *more or leſs.* LLL. plus aut minus.

Than this. LL. quam hoc. *that.* L. quod. *Happineſs.* L. felicitas. *is.* Verbum auxiliare (§ 5) eſt. *Happineſs.* L. felicitas. *Qui ſic eam definiunt, dicuntne illi plus aut minus, quam hoc, felicitatem eſſe felicitatem?* Hoc in ſpecimen præſentis Horæ ſatis.

Digitized by Google

Corollarium.

SIquis ex me ſciſcitetur, cur in his Inſtitutionibus Pronomina & Anomala omnia ſilentio præterierim, quorum tamen illa omnium maxime neneſſaria, hæc omnium difficillima ſunt: breviſſime reſpondebo, id ea gratia factum, quod inquirendo deprehenderim, illa omnia in bonis Lexicis ordine Alphabetico proponi. Ea cauſſa fuit, cur labori parcere, moras præcidere, & Spicilegio, quo aliis Europæ linguis conſulendum fuit, abſtinere in Anglica poſſem. Eadem ratione motus, nihil in Inſtitutionibus meis commemoravi de Verbo exegetico *to do*, & auxiliari *will:* nam & de his Lexica admonent, & exempla ſubjiciunt: ut mihi opus non fuerit, Tabellam Conjugationis (§6) per has ambages extendere. Syntaxeos autem neceſſitate non tantum bona Lexica me liberarunt, quæ in difficilioribus Lectorem non deſtituunt; ſed illa etiam, ut ita dicam, accommodandi lex, quam Philoglottis operam meam requirentibus commendare ſuper omnia ſoleo, quamque natura ipſa etiam ſine magiſtri voce dictat. Compertis e Lexico verbis ſingulis, equidem ſæpe continget, ut conſtructionis totius ſeries barbara & a latina conſuetudine abhorrens evadat. Sed utere ipſe judicio, & alienam linguam ad leges tuæ accommoda: næ tibi facile ſenſus planus & expeditus occurret. Ne nullum exemplum afferam, puta, te in hæc verba incidere: *I am well acquainted with thoſe adventures.* Conquiſitis e Lexico verbis ſingulis, conſtructio barbara hæc prodibit: Ego ſum bene edoctus cum his caſibus. Verum tu ipſe nullo negotio id accommodabis, ſi una tantum præpoſitione mutata dicas: Ego de his caſibus probe edoctus ſum.

Exercitatio longior,

ipſo facto demonſtrans, poſſe ex ſolis his 12 §§, quos per priores Horæ Quadrantes præmiſi, obviam quamque libri anglici partem, ope Lexici, recte explicari.

EXempla ſumere viſum eſt illa ipſa, quæ in V. C. Joannis Chriſtophori Gottſchedi Poetica leguntur: quod ſciam, plures eſſe, qui cum anglice non ſciant, eorum ſibi non ſummam tantum exponi, ſed verbum e verbo exprimi cupiunt.

P. I

P. I Artis Poeticæ C. II ex Ramſayo de Profectione Cyri.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12
To reach the ſublime the Poet muſt be a Philoſopher. The moſt beautifull
13 14 15 16 17 18 19 20 21 22
Flowers, Graces, and Paitings only pleaſe by Imagination, without ſatisſying
23 24 25 26 27 28 29 30 31 32
the Mind, or improving the Underſtanding. Solid Principles, noble Sentiments,
33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43
and various Characters muſt be diſpers'd througbout, in ordre to diſplay to us
44 45 46 47
Truth, Virtue, and Nature.

1) L. attingere, aſſequi. 2) articulus definitus. (§ 1.) 3) L. ſublime.

4) articulus. (§ 1.) 5) L. Poeta.' 6 & 7) LL. debet eſſe. 8) articulus unitatis. (§ 1.) 9) L. Philoſophus. Collige, interim ad verbum, & barbare: Aſſequi ſublime, Poeta debet eſſe Philoſophus. Jam, ut in Corollario monui, ad latinam conſuetudinem accommoda, & ita dic: *Ad ſublimitatem aſſequendam* (ut ſublimitatem attingat) *Poeta, Philoſophus ſit neceſſe eſt.*

10) articulus. 11 & 12) LL. maxime formoſus. 13) L. *Flower*, flos, *s* additum (§ 2) nota pluralis.

14) *Grace* L. gratia, elegantia. *s* (§ 2) plurale. 15) L. &. 16) *Painting* L. pictura. *s* (§ 2) *Ornamenta & picturæ.*

17) L. unice, tantummodo. 18) L. placere. — (§ 6) placent. 19 & 20) LL. in imaginandi facultate.

21) L. ſine. 22) L. *to ſatisfy*, ſatisfacere, ſatiare. — *ing* (§ 6) Participium Præſentis. ſatisfaciens, ſatians. 23) articulus definitus. 24) L. animus. 25) L. aut. 26) L. *to improve*, augere, excolere. — *ing* (§ 6) Participium Præſentis. augens, excolens. 27) articulus definitus (§ 1) quem poſthac omitto. 28) L. mens, ingenium. Barbare ita conſtrues: ſine ſatiante animum, aut excolente ingenium. Lex accommodandi dicere te jubet: nec explent animum, nec excolunt ingenium. Tota ſententia eſt hujusmodi: *Elegantiſſimi quique flores, ornamenta, & imagines tantummodo placent in imaginandi facultate, nec animum ſatiantes, nec ingenium excolentes.*

29 - 35) LLL. Solida documenta, nobiles animorum ſenſus, & varii mores. nam *s* ad finem (§ 2) numeri pluralis inſigne eſt. 36) L. debent. 37) L. *to diſperſe*, ſpargere. — *d* (§ 6) Supinum: quod cum Verbo auxi-

Digitized by Google

auxiliari *be* copulatum (§7) Paſſivum efficit. *debent ſpargi.* 38) L. ubique.

39 & 40) LL. in propoſito; id eſt, eo conſilio, ea mente. 41) L. declarare. 42) Eſt (§1) nota Dativi. 43) L. nos. *nobis.* 44-47) LL. veritas, virtus, & natura. *Ubique ſpargi debent ſolida documenta, ſenſa nobilia, diverſæ morum effigies, eo fine, ut veritas, ut virtus, ut natura nobis declarentur.*

48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61
Man muſt be repreſented as he is, and as he appears in his native Co-
62 63 64 65 66 67 68 69 70 71
lours, and under his diſguiſes: that the Picture may reſemble the Original, in
72 73 74 75 76 77 78 79 80
which there is always a Contraſt of Virtues and Imperfections.

48 & 49) LL. Homo debet. 50) L. *to repreſent*, repræſentare. *be* (§7) Infinitivum Paſſivi efficit. *repræſentari.* 51 & 52) LL. ſicut ipſe. 53) Verbum auxiliare (§5) *eſt.*

54-56) LL. & ſicut ipſe. 57) L. *to appear*, apparere. —*s* (§6) *apparet.* 58-61) LLL. in ſuis nativis coloribus. nam *s* vocabulo *Colour* additum (§2) pluralem demonſtrat; uti & in nomine *diſguiſe* n. 65. 62-65) LL. & ſub ſuis involucris, ſub ſua ſimulatione. *Debet homo repræſentari talis qualis eſt, & qualis vel per nativos ſuos colores apparet, vel ſub ſimulatione ſua* tanquam velo translucet.

66-70) LLL. ut pictura poſſit referre archetypum. 71-76) in quo eſt ſemper conflictus. *there* anglicum reſpondet gallico *y* in phraſi *il y a;* Latinis redundat. 77) Nota Genitivi. (§1.) 78-80) LLL. Virtutum & defectuum. *s* (§2) indicium pluralis. *Ut pictura ſimilis eſſe archetypo ſuo poſſit, in quo ſemper ineſt virtutum & vitiorum conflictus.*

81 82 83 84 85 86 87 88 89
Neverthleſs it is neceſſary to condeſcend to the Weackneſs of Mankind.
90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100 101
Too much moralizing diſguſts: too much reaſoning tires. We muſt turn maxims
102 103 104 105 106 107 108 109 110 111 112 113
into action, convey noble ſentiments by ſhort hints, and inſtruct rather by the
114 115 116 117 118 119 120
manners of the Hero, than by his diſcourſe.

81) L. Nihilominus. 82) L. id, *es*, gallice *il*, italice *egli.* 83) *eſt.* (§5.) 84) L. neceſſarium. 85) L. indulgere, obſequi; vulgo, *condeſcendere.* 86) Nota Dativi. (§1.) 87) L. infirmitati. 88) Nota Genitivi (§1.) 89) L. generis humani. *Nihilominus neceſſarium eſt indulgere infirmitati humana.*

90 & 91)

90 & 91) LL. Nimis multum, zu viel, nimium. 92) L. *to moralize*, docere moralia. — *ing*, abſorpta litera *e*, ut in vocabulo *loving* (§ 6) Participium Præſentis. *docens moralia.* 93) L. *to diſguſt*, faſtidium habere vel afferre. — *s* (§ 6) *faſtidium affert.*

94 & 95) nimium, ut n. 90 & 91. 96) L. *to reaſon*, ratiocinari. — *ing* (§ 6) Participium Præſentis. *ratiocinans.* 97) L. *to tire*, fatigare. — *s* (§ 6) *fatigat. Qui nimius eſt in documentis morum, faſtidium affert: qui nimium ratiocinatur, fatigat.*

98 - 103) LLL. Nos debemus immittere ſententias in actionem. 104 - 109) LLL. exprimere nobilia ſenſa per pauca verba. 110 - 114) LLL. ac docere potius per facta, ſeu mores. 115) nota Genitivi. (§ 1.) 116) L. heros. *herois.* 117 - 120) LLL. quam per ejus ſermones. *Intexendæ ſunt a nobis ſententiæ ipſis actionibus, ſenſa nobilia paucis verbis exprimenda, docendumque potius per herois facta, quam dicta.*

Ejusdem Poeticæ P. I c. III ex Comite Schaftsburyo Miſc. T. III.

121 122 123 124 125 126 127 128 129 130 131
Now a Taſte or Judgement, 't is ſuppos'd, can hardly come ready form'd
132 133 134 135 136 137 138 139 140 141 142
with us into the World. Whatever Principles or Materials of this Kind we
143 144 145 146 147 148 149 150 151 152 153
may poſſibly bring with us: whatever good Facultys, Senſes, or anticipating
154 155 156 157 158 159 160 161 162 163 164
Senſations, and Imaginations may be of Natures growth, and ariſe properly
165 166 167 168 169 170 171 172 173 174
of themſelves without our Art, Promotion, or Aſſiſtence, the general Idea,
175 176 177 178 179 180 181 182 183 184 185 186
which is form'd of all this Management, and the clear Notion we attain of
187 188 189 190 191 192 193 194 195 196 197 198
what is preferable and principal in all theſe ſubjects of Choice and Eſtimation,
199 200 201 202 203 204 205 206 207 208 209 210
will not, as I imagine, by any Perſon be taken for innate.

121 - 124) LLL. Jam guſtus ſeu judicium. 125) apoſtrophus, pro *it is* (§ 9) id eſt, hoc eſt. 126) L. *to ſuppoſe*, ſumere, pro certo credere; vulgo *ſupponere.* — *d* (§ 6) eſt Supinum: quod (§ 7) cum Verbo auxiliari *is* conjunctum reſpondet Latinorum Paſſivo. *Hoc pro certo ponitur.*

127 - 131) LLL. poteſt difficulter venire jam formatus, ſeu formatum. — *d* (§ 6) Supinum, a Verbo *to form.* 132 - 135) LLL. nobiſcum in

mundum. *Jam vero guſtus ſeu judicium, quod pro certo ſumitur, difficulter poſſint jam formata nobiſcum naſci.*

136-147) LLL. Quæcunque principia aut inſtrumenta hujus generis nos poſſimus fortaſſe afferre nobiſcum.

148-152) LLL. Quæcunque bonæ facultates, ſenſa, vel. 151) L. *to anticipate*, prævenire. — *ing*, abſorpto *e*, ut in *loving* (§ 6) Participium Præſentis. præveniens. 154-158) LLL. Perceptiones aut Imaginationes poſſint eſſe. 159) nota (§ 1) Genitivi vel Ablativi. 160) L. natura. ex cujusque natura. 161) adjectivum inſtar Supini ſeu Participii: natus, ingeneratus. 162 164) LLL. & genitus pure. *Quæcunque bonæ facultates, ſenſa, vel præviæ perceptiones, aut imaginationes poſſint eſſe a cujusque natura ingenerata, & pure natæ.*

165) nota (§ 1) Genitivi vel Ablativi. 166) L. ex ſe ipſis. 167-172) LLL. ſine noſtra arte, opera, vel adjumento. 173-175) LLL. generalis idea, quæ. 176) L. *to form*, formare. Paſſivum (§ 7) *formatur*. 177) nota Ablativi (§ 1) ab, ex. 178-180) LLL. ex omni hac tractatione.

181-183) LLL. & clara notio. 184 & 185) LL. nos acquirimus. Supple relativum (§ 8) quam nos acquirimus. 186) nota Ablativi (§ 1) ab, de. 187) L. quod. 188) auxiliare (§ 5) *eſt*. 189-198) LLL. præferendum & præcipuum in omni hac materia electionis & judicii.

199) L. vult. 200) L. non. 201-203) LLL. ut ego opinor. 204-206) LLL. in ullo homine. 207 & 208) L. eſſe acceptum. Paſſivum (§ 7) accipi. 209 & 210) LL. pro innato. Barbare, non vult accipi pro innato. Latine, non poteſt accipi, non eſt accipiendum, pro innato. *Ex ſe ipſis, ſine arte, cura, vel adjumento, generalis idea, quæ ex omni hac tractatione formatur, & clara notio, quam acquirimus de eo, quod præferendum & præcipuum eſt in hac omni materia electionis & judicii, in nemine hominum, ut ego opinor, pro innatis haberi poſſunt.*

211 212 213 214 215 216 217 218 219
Uſe, Practice, and Culture muſt precede the Underſtanding and Wit of
220 221 222 223 224 225 226 227 228 229 230 231
ſuch an advanced Size and Growth as this. A legitimate and juſt Taſte can
232 233 234 235 236 237 238 239 240
neither be begotten, made, conceiv'd, or produc'd, without the antecedent La-
241 242 243
bour and Pains of Criticiſm.

211-219)

211 - 219) LLL. Uſus, exercitatio, & cultura debent præcedere intelligentiam & judicium. 220) L. talis. *of* (§ 1) nota Genitivi. *an* (§ 1) articulus unitatis. einer ſolchen, *d'une telle.* 221 - 224) LLL. provectæ magnitudinis & incrementi. 225 & 226) LL. ſicut hoc. latino more dicitur, hujusmodi. *Uſus, exercitatio, & cultura præcedant neceſſe eſt intelligentiam & judicium talis tamque provectæ magnitudinis & incrementi hujusmodi.*

227 - 231) LLL. Legitimus & ſincerus guſtus poteſt. 232) L. neque. 233) L. naſci. auxiliare *be* etiam in Verbis proxime ſequentibus intelligendum eſt, ac proinde Infinitivi Paſſivi (§ 7) indicium præbet. 234 - 237) LLL. fieri, animo concipi, aut progigni. — *d* (§ 6) Supinum. 238 - 243) LLL. ſine antecedente opera & laboribus artis criticæ. *Legitimus & ſincerus guſtus neque naſci poteſt, neque fieri, concipi, aut progigni, niſi antecedat ſtudium & labores artis criticæ.*

Ejusdem Poeticæ P. I c. VI ex eodem Comite Schaftsburyo Miſc. T. III.

244 245 246 247 248 249 250 251 252 253 254
For this reaſon we preſume not only to defend the Cauſe of Critics, but
255 256 257 258 259 260 261 262 263 264
to declare open War againſt thoſe indolent ſupine Authors, Performers, Readers,
265 266 267 268 269 270 271 272 273 274 275
Auditors, Actors, or Spectators: who making their Humour alone the Rule of
276 277 278 279 280 281 282 283 284 285 286 287
what is beautiful and agreeable, and having no account to give of ſuch odd
288 289 290 291 292 293 294 295 296 297 298 299
Fancy, reject the criticizing or examining Art, by which alone they are able
300 301 302 303 304 305 306
to diſcover the true Beauty and Worth of every Object.

244 - 253) LLL. Propter hanc rationem nos aggredimur non ſolum tueri partes Criticorum. 254 - 257) LLL. ſed denunciare aperte bellum. 258 - 268) LLL. contra hos ſenſus expertes & ſupinos Auctores, Perfectores, Lectores, Auditores, Actores, ſeu Spectatores. *s* nominibus his additum (§ 2) pluralem oſtendit.

269) L. qui. 270) L. *to make*, facere. — *ing*, litera *e* abſorpta, ut in *loving* (§ 6) faciens; ſeu, quod idem eſt, facientes. 271 - 274) LLL. ſuam indolem ſolam, regulam, 275 - 277) ut n. 186 ſqq. ſupra. *ejus quod eſt.* 278 - 280) LLL. pulcrum & amœnum. 281) L. &. 282) Verbi auxiliaris (§ 4) Participium Præſentis, habens, ſeu habentes. 283 - 288)

Digitized by Google

288) LLL. non rationem reddere talis inconditæ phantaſiæ. *Dum ſuam ipſorum indolem unicam faciunt* ſeu ſtatuunt *regulam omnis pulcri & amœni, neque tamen habent rationem reddere* (quam reddant) *ejuſmodi inconditæ phantaſiæ.*

289) L. *to reject*, rejicere. — (§6) rejiciunt. 290-293) LLL. Criticen ſeu examinandi artem. — *ing* (§6) ſunt Participia Præſentis Verborum *to criticize & to examine:* ars dijudicans, ars examinans. 294-297) LLL. per quam ſolam ipſi. 298) auxiliare (§5) ſunt. 299-306) LLL. idonei ad detegendam veram pulcritudinem & pretium cujuſque rei. *Propterea aggredimur, non ſolum partes Criticorum tueri, ſed & bellum aperte denunciare contra hos ſenſus expertes & ſupinos Auctores, Perfectores, Lectores, Auditores, Actores, ſeu Spectatores: qui dum ſolam ſuam indolem faciunt regulam omnis pulcri & amœni, nullamque habent rationem, quam reddant, ejuſmodi inconditæ phantaſiæ; rejiciunt Criticen ſeu examinandi artem, per quam tamen ſolam ſunt idonei ad detegendam veram pulcritudinem & pretium cujuſque rei.*

307 308 309 310 311 312 313 314 315 316
According to that affected Ridicule, which theſe inſipid Remarkers pretend
317 318 319 320 321 322 323 324 325 326 327
to throw upon juſt Criticks, the Enjoyment of all real Arts or natural Beau-
328 329 330 331 332 333 334 335 336 337 338 339
tys wou'd be intirely loſt. Even in Behaviour and Manners we shou'd at this
340 341 342 343 344 345 346 347 348 349 350 351
rate become in time as barbarous, as in our Pleaſure and Diverſions.

307) L. Congruenter, convenienter. 308) nota (§1) Dativi. 309-311) LLL. affectatum hoc Ridiculum. 312-320) LLL. quod hi abſurdi obſervatores jactant ſe rejicere in juſtos Criticos. 321) L. oblectatio. Si vocabulum *Enjoyment* in Lexico tuo non occurrat, quære *Injoyment:* nam (§11) *en* & *in* promiſcue tractantur. 322-327) LLL. omnium verarum artium, & naturalis omnis pulcritudinis. *s* (§2) indicium numeri pluralis. 328) *wou'd* pro *would*, *l* per apoſtrophum (§9) deleto. Lexicon docebit, *would* eſſe a *will*, & ſervire inſtar Verbi auxiliaris *should* in Imperfecto Conjunctivi. unde *wou'd be*, perinde ac *should be* (§5) ſignificat *eſſet*, *foret*. 329) L. penitus. 330) L. amiſſus. *Secundum affectatum hoc Ridiculum, quod abſurdi iſti obſervatores imputant juſtis Criticis, oblectatio omnis veræ artis, omniſque naturalis pulcritudinis, penitus amitteretur.*

Digitized by Google

331·335) LLL. Imo in ratione vivendi & moribus. *s* (§2) pluralis numeri. 336) L. nos. 337) pro *ſhould* (§9) per apoſtrophum, ut *wou'd* & *cou'd* pro *would* & *could*. 338·340) LLL. ſecundum hanc rationem, tali ratione. 341) L. fieri. *ſhould* — (§6) fieremus. 342·345) LLL. in tempore (nimirum præſenti) æque barbari. 346·351) LLL. ac in noſtra voluptate & deliciis. *Imo hac ratione in modo vivendi & moribus hoc tempore fieremus æque barbari, ac in voluptatibus noſtris & deliciis.*

352 353 354 355 356 357 358 359 360 361 362 363
I wou'd preſume it, however, of theſe Critick-Haters, that they are
364 365 366 367 368 369 370 371 372 373 374 375
not yet ſo uncivilized, or void of all ſocial Senſe, as to maintain, That the
376 377 378 379 380 381 382 383 384 385 386 387
moſt barbarous Life, or brutish Pleaſure, is as deſirable, as the moſt poliſhd
388 389
or refin'd.

352) L. Ego. 353) pro *would* (§9) per apoſtrophum. L. velim, vellem. 354) L. credere. 355) L. id, hoc, &c. 356) L. utut erit, nihilominus. 357) nota Ablativi (§1) a, de. 358 360) LLL. de his Criticorum oſoribus, Miſocriticis. *Velim nihilominus mihi hoc promittere de Miſocriticis iſtis.*

361·372) LLL. quod ipſi ſunt (§5) non tamen adeo inurbani, aut vacui ab omni ſociali ſenſu.

373) L. usque ad, usque eo ut. 374) L. affirmare, aſſeverare, verbis tueri. 375 381) LLL. quod maxime barbara vita, aut pecuaria voluptas. 382) auxiliare (§5) *eſt*. 383 389) LLL. æque deſideranda, ac maxime polita & ingenioſa. Sperat igitur Schaftsburyus, Miſocriticos *non fore tamen adeo inurbanos, & vacuos ab omni ſociali ſenſu, ut aſſeverent ac tueantur, vitam ac voluptatem ſumme barbaram, & pecudibus dignam, æque deſiderandam eſſe, ac politiſſimam quamque & ingenioſiſſimam.*

390 391 392 393 394 395 396 397 398 399
For my own part, when I have heard ſometimes Men of reputed
400 401 402 403 404 405 406 407 408 409
Ability join in with that effeminate plaintive Tone of Invective againſt Criticks,
410 411 412 413 414 415 416 417 418 419
I have really thought, they had it in their Fancy, to keep down the
420 421 422 423 424 425 426 427 428 429
growing Genius of the Youth, their Rivals, by turning them aſide from
430
that

Digitized by Google

430 431 432 433 434 435 436 437 438 439 440
that Examination and Search, on which all good Performance, as well
441 442 443 444
as good Judgement depends.

390-393) LLL. Pro mea propria parte. Latino more: quod ad me attinet.

394 & 395) LL. quando ego. 396) L. *heard*, Supinum Verbi *to hear*, audire. *have*-*d* (§6) audivi. 397-400) LLL. nonnunquam viros celebratæ habilitatis. 401) L. *join in*, ingredi, ſociare ſe in aliqua re. 402-407) LLL. cum iſta effeminata & queribunda voce Philippicæ, ſeu objurgationis. 408 & 409) LL. contra Criticen.

410 & 411) LL. ego re vera. 412) L. *thought*, Supinum Verbi *to think*, cogitare. *have* cum Supino (§6) cogitavi. 413) L. ipſi. 414) Imperfectum (§4) habebant. 415-418) LLL. hoc in ſua phantaſia. 419) L. *keep down*, impedire. 420) L. *to grow*, creſcere. —*ing* (§6) creſcens. creſcentem. 421-424) LLL. genium juventutis, ſuorum rivalium. 425) L. per, in. 426) L. *to turn*, avertere. *in* —*ing* (§6) avertendo. nam *by* ſignificat etiam *in*. 427-444) LLL. ipſos ſeorſum ab hoc examine & inquiſitione, a qua omnis bona ſcriptio (elaboratio, perfectio operis) æque, eben ſo wohl, ac bonum judicium pendet. *to depend*, pendere. —*s* (§6) *pendet*. Ait ergo: *Quod ad me attinet, cum nonnunquam audirem ſpectatæ habilitatis viros ſociare inter ſe effeminatas illas & queribundas Philippicæ voces contra Criticen: cogitavi profecto, habere ipſos in animo, creſcentem juvenum, rivalium ſuorum, genium impedire, procul eos avertendo ab hoc examine & inquiſitione, unde omnis bona elaboratio æque ac bonum judicium pendet.*

Exercitatio altera,

Poetica.

THomſonus, de IV Anni Tempeſtatibus, in Vere, ætatis aureæ homines ita adumbrat:

1 2 3 4 5 6 7 8
Then the glad Morning wak'd the gladden'd Race
9 10 11 12 13 14
Of uncorrupted Men, nor bluſh'd to ſee

15
The

Digitized by Google

15 16 17 18 19 20 21
The Sluggard sleep beneath her ſacred Beam.
22 23 24 25 26 27 28
For ther light Slumbers gently fum'd away,
29 30 31 32 33 34 35 36
And up they roſe as vigorous as Sun,
37 38 39 40 41 42
Or to the Culture of the willing Glebe,
43 44 45 46 47 48
Or to the chearful Tendance of the Flock.

1) L. Tunc. 2) articulus. (§ 1.) 3 & 4) LL. lætum mane. 5) L. expergefacere, excitare. — *d* (§ 6) excitabat, excitavit. 6) articulus. 7) L. exhilaratus. 8) L. genus. 9) nota (§ 1) Genitivi. 10-13) LLL. incorruptorum hominum, neque erubeſcebat. L. *to bluſh*, erubeſcere. — *d* (§ 6) erubuit, erubeſcebat. 14) L. videre. 15) articulus (§ 1) quem deinceps prætereo. 16-21) LLL. ſomniculoſum dormire ſub ſuo ſacro radio. *Tunc læta aurora excitabat e ſomno exhilaratum genus hominum incorruptorum, neque cum pudore ſuo cogebatur videre ſomniculoſum, qui ſub ſacro ſuo radio adhuc dormiret.*

22-28) LLL. Nam illorum leves ſomni (*s* plurale, § 2) leniter evaporabant. L. *to fume*, fumare, vaporare. *to fume away*, evaporare. — *d* (§ 6) evaporabant, evaporarunt.

29) L. Et. 31) L. ipſi. 30 & 32) L. *to riſe up*, ſurgere, erigere ſe. *roſe* L. Præteritum & Imperfectum Verbi *riſe.* ſurgebant. 33-36) LLL. æque vigentes ac ſol.

37) L. Sive. 38) nota (§ 1) Dativi. 39) L. cultura. 40) nota (§ 1) Genitivi. 41 & 42) LL. volentis glebæ. 43) L. ſive. 44) nota (§ 1) Dativi. 45 & 46) LL. jucundum ſtudium. 47) nota (§ 1) Genitivi. 48) L. gregis. *Nam leves illorum ſomni leniter evaporabant, ſurgebantque homines non minus alacres, quam ipſe ſol, ſive ad culturam volentis glebæ, ſive ad jucundum ſui gregis ſtudium.* Tum, poſtquam poeticis coloribus alia ætatis illius aureæ decora ſplendide illuſtravit, in hunc modum cantare pergit:

49 50 51 52 53 54 55
But now, whate'er theſe gaudy Fables meant,
56 57 58 59 60 61 62
And the white Minutes which they ſhadow'd out,

Are

63 64 65 66 67 68 69
Are found no more amidſt thoſe iron Times,
70 71 72 73 74 75 76
Thoſe Dregs of Life! in which the human Mind
77 78 79 80 81
Has loſt that Harmony ſo ineffable,
82 83 84 85 86 87
Which forms the Soul of Happineſs: and all
88 89 90 91 92 93
Is off the Poiſe within: the Paſſions all
94 95 96 97 98 99 100
Have burſt their Bounds: and Reaſon half extinct,
101 102 103 104 105 106
Or impotent, or elſe approving, ſees
107 108
The foul Diſorder.

49 & 50) LL. At nunc. 51) per apoſtrophum (§9) pro *whatever*, metri gratia. L. quidquid. 52-55) LLL. hæ affectatæ fabulæ affirmarunt. 56-62) LLL. Et candidæ horarum particulæ, quas illæ (fabulæ) expinxerunt. L. *to ſhadow*, adumbrare. *to ſhadow out*, expingere. —*d* (§6) expingebant, expinxere.

63) L. *found*, Supinum Verbi *to find*, invenire. *are* (§5) *ſunt*, a Verbo auxiliari *to be*: quod cum Supino alterius Verbi (§7) Paſſivum format. *inveniuntur.* 64-72) LLL. non amplius, inter hæc ferrea tempora, hanc fæcem vitæ. *At nunc, quidquid affectatæ hæ fabulæ affirmarunt, & candidæ illæ horæ, quas expinxerunt, jam non inveniuntur inter ferrea hæc tempora, in hac fæce vitæ.*

73-76) LLL. in qua humanus animus. 77) L. perditus. *has* cum Supino ſeu Participio (§6) perdidit. 78-82) LLL. illam harmoniam tam inexplicabilem, quæ. 83) L. *to form*, formare. —*s* (§6) format. 84-87) LL. animam felicitatis: & omne. 88) eſt. (§5.) 89) L. ſupra. barbare, eſt ſupra. latine, incumbit, gravat. 90) L. pondus. 91) L. in eo. *Ubi humanus animus perdidit harmoniam illam tam inexplicabilem, quæ animam felicitatis efficit: & omnia in eum incumbunt onera*, omnia pondera eum gravant.

92-96) LLL. cupiditates omnes perruperunt (*have* cum Supino. (§6) ſuos limites. *s* (§2) nota pluralis numeri. 97-105) LLL. & ratio dimidia ex parte extincta, ſive imbecillis, ſive aliud approbans. —*ing*, abſorpto *e* (§6) Verbi *to approve.* 106) L. *to ſee*, videre. —*s* (§6) videt.

videt. 107 & 108) LL. pravam perturbationem. *Cupiditates omnes perrupere ſuos limites: & ratio ſemiſepulta, ſive imbecillis, ſive aliud apprehans, pravam perturbationem hanc intuetur.*

109 110 111 112
Anger ſtorms at large,
113 114 115 116 117 118 119
Without an equal Cauſe: and fell Revenge
120 121 122 123 124 125
Supports the falling Rage. Cloſe Envy bites
126 127 128 129 130 131 132
With venom'd Tooth: while weak unmanly Fear,
133 134 135 136 137 138
Full of frail Fancies, looſens every Power.
139 140 141 142 143 144
Even Love itſelf is Bitterneſs of Soul,
145 146 147 148 149
A pleaſing Anguish, pining at the Heart.
150 151 152 153 154 155
Hope ſickens with Extravagance: and Grief,
156 157 158 159 160
Of Life impatient, into Madneſs ſwells,
161 162 163 164 165 166 167
Or in dead Silence waſts the weeping Hours.

109-116) LLL. Ira tempeſtatem excitat (—*s*, §6) late, ſine æqua cauſſa. 117-122) LLL. & crudelis Vindicta fulcit (—*s*, §6) ruentem Rabiem. 123-128) LLL. anguſta Invidia mordet (—*s*, §6) venenato dente. 129-138) LLL. dum debilis effeminatus Timor, plenus infirmis imaginationibus, diſſolvit (—*s*, §6) univerſum ſuum vigorem. 139-149) LLL. Quin Amor ipſe eſt (§5) amarities animæ, amœnus angor, languens (—*ing*, §6) in corde. 150-167) LLL. Spes ægrotat (—*s*, §6) cum deliratione: & Triſtitia, vitæ impatiens, in amentia ſua intumeſcit (—*s*, §6) aut in emortuali ſilentio perdit (—*s*, §6) lacrymoſas horas.

168 169 170 171 172 173
Theſe and a thouſand mix'd Emotions more,
174 175 176 177 178 179 180
From ever-changing Views of Good and Ill,

181
Form'd

181 182 183 184 185
Form'd infinitely various, vex the Mind
186 187 188 189 190 191 192
With endleſs Storm. Whence, inly-rankling, grows
193 194 195 196
The ſelfiſh Thought, a liſtleſs Inconcern,
197 198 199 200 201 202 203
Cold, and averting from our Neighbour's Good.
204 205 206 207 208 209 210
Then dark Diſguſt, and Malice winding Wiles,
211 212 213 214 215
Sneaking Deceit, and coward Villany:
216 217 218 219 220 221 222
At laſt deep-rooted Hatred, lewd Reproach,
223 224 225 226 227 228
Convulſive Wrath, and thoughtleſs Fury, quick
229 230 231 232 233 234 235 236
To Deeds of vileſt Aim. Even Nature's ſelf,
237 238 239 240 241
Is deem'd, vindictive, to have changed her Courſe.

168-188) LLL. Hi & mille mixti Motus plures, ex ſemper variantibus ideis Boni & Mali, formati infinite varii, vexant (—§ 6) animum non intermiſſa tempeſtate.

189-203) LLL. Unde, intus putreſcens (—*ing*, § 6) creſcit (—*s*, § 6) ſe tantum quærens Propenſio, ſocors incuria, frigida, & avertens (—*ing*, § 6) a noſtri vicini (§ 9) bono.

204-215) LLL. Inſuper clandeſtina Alienatio, & Malitia implicans (—*ing*, § 6) dolos, ſerpens Fraudulentia, & contemptu digna Abjectio.

216-232) LLL. Ad extremum alte radicatum Odium, impudens Calumnia, convulſiones excitans Indignatio, & incogitans Furor, celer ad facinora viliſſimi ſcopi. Adjectivum *vile* in Superlativo (§ 3) definit in *eſt*.

233) L. Quin etiam. 234) L. Natura. 235) per apoſtrophum (§ 9) pro *is*, eſt. 236) L. ipſa. 237) L. *to deem*, exiſtimare. *is* ab auxiliari *to be* (§ 5) & Supinum (—*d*, § 6) inter ſe conjuncta (§ 7) Paſſivum efficiunt. *exiſtimatur*. 238) L. ultionis cupida. 239) L. *to change*, mutare. *to have —d* (§ 6) mutaſſe. 240 & 241) LL. ſuum curſum. Ad verbum ſi transferas, conſtructio hæc naſcetur: Quin etiam Natura ipſa eſt, exiſtimatur, ultionis cupida, mutaſſe ſuum curſum. Per legem accommodandi, de qua in Corollario, hæc prodibit ſententia: *Ipſa adeo Natura, ut exiſtimatur, vindictam deſiderat de ſuo curſu mutato.*

APPEN-

APPENDIX

De Pronunciatione

Linguæ Anglicæ.

1. NOli mirari Lector, ſi Appendicem videris tuo meoque voto majorem. Labyrinthum pæne inextricabilem offert hujus linguæ pronunciatio, regularum copia & ambiguitate, varietate exceptionum, perpetuarum denique ambagum faſtidio & labore. Conatus ego ſum literas ſingulas ad leges, quam fieri poterat, pauciſſimas revocare: exemplis vero, ubi res poſcere viſa eſt, liberaliter indulſi, eorumque feriem, quo facilius inveniri poſſent, ordine alphabetico texui: ut Lector vel ea ipſa, quæ deſiderat, vel certe quædam iis ſimilia deprehendat, nec dubius & ſuſpenſus in lubrico incertarum regularum ſolo deſtituatur. Inutilem turbam illarum vocum, quæ minus frequenter occurrunt, dedita opera excluſi; ratus, hunc ipſum, quem attuli, numerum ſatis ſuperque Lectoris patientiam fatigaturum. Eadem ne abuterer, illo etiam abſtinui vocalium longarum, & brevium, ac breviſſimarum diſcrimine, quo incipientes ad deſperationem adigi ſolent. Non requirunt illi principio tam ſubtilia: deinde ultro, primis elementis imbutos, uſus ipſe ad reconditiora deducet.

2. *A* plerumque pronunciatur ut æ vel e.
Acts, acta; æcts.
Adage, adagium; ædædſch.
after, poſt; æfter.
am, ſum; æm.
as, ſicut; es.
ask, petere; æsk.
away, weg, fort; æwæ.
Caſe, caſus; kæs.
Chamber, cubiculum; tſchember.
Damage, damnum; dæmædſch.
Dame, matrona; dæm.
damnable, damnandus; dæmnæb'l.
Face, facies; fæs.
glad, lætus; glæd.
Glaſs, vitrum; glæſs.
Grace, gratia; græs.
Grammar, grammatica; græmmær.
had, habebam, habebat; hædd.
has, habet; hæs.
haſt, habes; hæſt.
Haſte, feſtinatio; hæſt.
have, habere; unde *having*, habens; hæv, hæving.
Lady, matrona, domina; ledi.
Maſter, dominus; meſter ſeu miſter.
Name, nomen; næm.
naval, navalis; nævel.
perhaps, fortaſſe; perhæps.
Table, menſa; tæb'l.

 3. *A*

3. *A* an *l* durum (id eſt, ante *l*, poſt quod ſequitur alia conſonans) perſæpe etiam ante *n*, *r*, *t*, *th*, pronunciatur ut a.
all, omnes; âl.
almoſt, ferme; almoſt.
Altar, altare; altær.
Art, ars; art.
athward, transverſe; æ*th*ward. (Cur hoc *th* literis *curſivis* ubique diſtinguam, dicetur, ubi ſuo ordine de illo agendum erit.)
award, condemnare; award.
call, vocare; câl.
far, procul; far vel fer.
Father, pater; fader.
flagrant, flagrans; flægrant.
Garden, hortus; gard'n.
hard, durus, difficilis; hard vel hærd.
large, latus, magnus; lardſch.
Part, pars; part.
particular, ſingularis; particolær.
Salt, ſal; ſalt.
ſhall, debeo; ſchall.
Wand, virga; wand.
Want, penuria; want.
War, bellum; war.
warm, calidus; warm.
Watch, excubiæ, horologium; watſch.
Water, aqua; water.

4. Eorum, quæ ab his duabus regulis diſcedunt, memorabiliora ſunt hæc.

a & *an*, articulus unitatis, ein, eine, ſonum habet, qui nec verum a, nec verum e ſit: idcirco a me per *e curſivum* indicabitur. Sonum huic quam proximum Germani habent in ſua illa populari pronunciatione plurium provinciarum, qua hunc ipſum articulum dubie inter e & a efferunt: es iſt ä Kalb, es iſt än Ochs; pro, ein Kalb, ein Ochs.
accompany, comitari; eccompeni.
and, &; end. Si ſequatur conſonans, in quotidiano ſermone litera *d* ſupprimitur.
Angel, cæleſtis genius; ændſchel.
another, mutuo; ænoder.
anxious, anxius; ænkſchjos.
any, aliquis; ænni.
are, ſumus, eſtis, ſunt; ær.
arreſt, cuſtodiæ tradere; ærreſt.
arrive, advenire; ærreiv.
art, es; ært.
at, ad, apud; et.
Barbarian, barbarus; berberien.
Battel, prælium; bætt'l.
can, poſſum; kæn.
fancy, imaginari; fænſi.
Fare, victus, cibus; fær.
fare well, vale; fær well.
franc, liber; frænk.
France, Gallia; Fræns.
grand, grandis; grænd.
gratify, gratificari; grætifei.
Hand, manus; hænd.
handle, tractare; hænd'l.
Hate, odium; hæt.
hath, habet; hæ*th*.
laſt, ultimus; laſt vel leſt.
Liar, mendax; leier.
Man, homo, vir; men.
Manner, modus; menner.
many, multi; meni.
Marriage, matrimonium; merridſch vel merredſch.
neceſſary, neceſſarius; neſeſſæri.

Pagan,

Digitized by Google

Pagan, ethnicus; pægæn.
Regard, reſpectus; rigærd.
Servant, ſervus; ſervent.
Star, ſtella; ſtær.
than, quam; dæn.
thank, grates agere; *th*ænk.
that, hoc, qui; det.
was, eram; was.
waſh, lavare; waſch.

5. Diphthongus *ai* conſtanter ut æ ſeu e.
again, rurſus; egen vel egin.
againſt, contra; egenſt vel eginſt.
ail, ægrotare; æl.
attain, obtinere; ettæn.
Captain, centurio; kæpten vel kæptin.
fain, libenter; fæn.
Gain, lucrum; gæn.
maintain, aſſeverare; mentæn.
Pair, par; pær.

6. In peregrinis vocabulis *ai* nativum ſonum retinet. *laick*, laicus, non ſacer; la-ick: *moſaick*, moſaicus; moſa-ick.

7. *Au* & *aw* ut a longum.
Applauſe, applauſus; epplâs.
Author, auctor; âther.
becauſe, quia, ut; bicâs.
Cauſe, cauſſa; câs.
Law, lex; lâ.

8. *Ay* ut æ.
Day, dies; dæ.
pray, rogare; præ.
ſay, dicere; ſæ.
Way, via; wæ.
Excipe *ay*, eja, ita; æi.

9. *B* ante *t*, & in fine vocum poſt *m*, mutum eſt.
climb, in altum niti; cleim.
Debt, debitum; dett.
Doubt, dubitatio; daut.
Lamb, agnus; læmm.
Limb, artus; limm.
ſubtle, ſubtilis; ſott'l.
In verbis tamen compoſitis *b* & *t* diſtinguuntur.
obtain, obtinere; ab-tæn.

10. *C* ante *e*, *i*, *y*, ut *s* (in quibusdam ut ſch) alibi autem ut c latinum, exceptis pauculis, in quibus mutum eſt.
ancient, antiquus; enſchjent.
Care, cura; kær.
ceaſe, deſinere; ſis.
City, urbs; ſiti.
Clock, hora; clack.
Comet, cometa; kammet.
Crown, corona; kraun.
curl, criſpare; corl.
Cycle, cyclus; ſeik'l.
Grace, gratia; græs.
gracious, benignus; græſchjos.
indict, indicare; indeit.
Ocean, Oceanus; oſchjen.
perceive, percipere; perciv.
perfect, perfectus; perfet ſeu perfit.
at *perfection*, perfectio; perfekſchjon.
placed vel *plac'd*, collocatus; plæs'd.
public, publicus; publik.
Scene, ſcena; ſin.
Scepter, ſceptrum; ſepter.
Science, ſcientia; ſei-ens.
ſucceed, ſuccedere; ſokſid.
thence, illic; *th*ens.
vicious, vitioſus; viſchjos.
Victuals, annona; vittels.

11. *Ch* ut tſch.

Arch, arcus; ertſch.
change, permutare; tſchendſch.
chaſte, caſtus; tſcheſt.
Church, eccleſia; tſchortſch.
much, multum; motſch.

Græca ut k, gallica ut ſch. *Chriſt*, Chriſtus; Kreiſt: *Choler*, ira; koller: *Monarch*, Princeps ſupremus; Manerk: *Chagrin*, moleſtia animi; ſchægrin.

12. *D* in quibusdam mutum aut pæne mutum eſt.

Friendſhip, amicitia; frinship vel frenship.
handſom, venuſtus; hænſom.
Landlord, caupo; lænlard.
London, Londinum urbs; Lonnen.
Madam, domina; mæem.
Wednesday, dies Mercurii; wensdæ.
worldly, profanum in modum; worrli.

13. *E* mutum eſt in fine vocabuli duas aut plures ſyllabas habentis. *Game*, luſus, ludus; gæm: *Dame*, matrona; dæm: *Prince*, Princeps; Prins. Litera *e*, quæ muta fuit in radice ſeu vocabulo primario, talis etiam permanet in compoſitis ac derivatis. *like*, ſimilis; leik: *Likeneſs*, ſimilitudo; leikneſs. *ſafe*, ſecurus; ſæf: *Safety*, ſecuritas; ſæfti. *ſome*, aliquis; ſom: *where*, ubi; huær: *ſomewhere*, alicubi; ſomhuær. *Spite*, ludibrium; ſpeit: *ſpiteful*, contumelioſus; ſpeit'ful: *Spitefulneſs*, contumelia; ſpeit'fulneſs. *there*, hoc loco, illic; dær: *therefore*, ideo; dærfor. *Grace*, gratia, amœnitas; græs: *graceleſs*, inamœnus; græsleſs.

Di færſt queſtjon(queſtjen)was, huiſch af âl men ær moſt fri. Sóm anſerd, 't was æ King, hu hædd æn æbſolut pauer ovver his Pip'l, end(en) hædd cankerd âl his ennemi's. Oders mentænd, det 't was æ mæn, hu hædd ſoffiſient ritſchis tu grætifei âl his diſei'rs. Oders ſæd, 't was æ mæn, hu bi-ing nevver merrid, trævelld âl his leif-teim thru deivers contri's, withaut bi-ing evver ſobdſcheᵭt tu di lâs af ænni næſchon(næſchjen). Oders fænſid, det it was æ Berberien, hu living oppan honting in di midſt af(a) di wuds, was indipendent oppan ænni govverment, end(en) ſobdſcheᵭt tu no menner af(a) want. Oders thât, it was æ mæn njuli mæd fri, hu, coming aut af æ rigoros ſervitud, indſchæid mor dæn ænni oder di ſwits af(a) liberti. Oders, et laſt (leſt) venterd tu ſæ, det it was æ dei-ing mæn, bicâs deth fri'd him fram âl trob'ls, end âl men pott tugeder hædd no langer ænni pauer ovver him. . . . . . . Di moſt fri af âl men, anſerd ei, is hi hu kæn bi fri ivn in ſervitud it ſelf: in huât candiſchon(candiſchjen) ar contri ſo-evver æ mæn bi, hi is moſt fri, huén hi firs di Gadds, end(en) nonn bot dem; in ſchart, det mæn is truli fri, hu, diſingædſch'd fram âl menner af(a) fir, ar ænkſchjos diſei'r, is ſobdſcheᵭt tu di Gadds end(en) his riſ'n onli.

Hoc

Hoc eſt:

Prima quæſtio erat, quinam omnium hominum eſſent maxime liberi. Reſpondebant aliqui, eſſe Regem, qui ſuprema poteſtate ſuo populo imperet, hoſtibus omnibus ſuperatis. Alii aſſeverabant, liberrimum eſſe hominem, cui ſatis opum ſuppetat, unde omnia ſua deſideria expleat. Alii ajebant, eum eſſe, qui nunquam matrimonio aſtrictus, per omnem vitam peregrinetur, diverſas oras circumiens, nequetamen ullius gentis legibus ſubjectus. Erant qui ſomniarent, liberrimum eſſe barbarum, qui media inter nemora venatione ſola vivens, nec ab ullius imperio pendeat, nec genus ullum egeſtatis ſentiat. Quibusdam viſum, eſſe hominem nuper in libertatem emiſſum, qui gravi ſervitute egreſſus, plusquam alius quicunque libertatis dulcedine perfruatur. Nonnulli denique eo delapſi ſunt, ut dicerent, liberrimum eſſe hominem morientem: quandoquidem mors omnibus eum perturbationibus expedit, nec homines omnes juncta opera ullam jam dehinc poteſtatem exercere in eum queunt. . . . . . Liberrimus hominum omnium, reſpondi ego (Telemachus), ille eſt, qui liber manere vel in ipſa ſervitute poteſt: quocunque in ſtatu aut loco fuerit, liberrimus homo eſt, ſi Deos timeat, nec quenquam præterea: verbo, is vere liber eſt, qui omni genere timoris & anxii deſiderii abjecto, tantummodo Diis & ſuæ rationi ſubjectus eſt.

INSTITUTIONES LINGUÆ GERMANICÆ.

1. Literarum Germanicarum in libris hæc eſt forma & vis:

𝔄	𝔄e	𝔅	ℭ	𝔇	𝔈	𝔉	𝔊	ℌ	𝔍	𝔎	𝔏	𝔐	𝔑	𝔒	𝔒e	𝔓	𝔔	ℜ
𝔞	𝔞̈	𝔟	𝔠	𝔡	𝔢	𝔣	𝔤	𝔥	𝔦 𝔧	𝔨	𝔩	𝔪	𝔫	𝔬	𝔬̈	𝔭	𝔮	𝔯
a	æ	b	c	d	e	f	g	h	i j	k	l	m	n	o	œ	p	q	r

𝔖		𝔗	𝔘	𝔘e	𝔙	𝔚	𝔛	𝔜	ℨ
ſ 𝔰	ß	𝔱	𝔲	𝔲̊	𝔳	𝔴	𝔵	𝔶	𝔷
ſ s	ſſ	t	u	i	v	w	x	y	z

2. Articulus, nominibus præponi ſolitus, triplex eſt; maſculinus 𝔡𝔢𝔯, femininus 𝔡𝔦𝔢, neutrius generis 𝔡𝔞𝔰. Ejus hæc eſt declinatio:

	Singularis.			*Pluralis.*
	Maſc.	*Fem.*	*Neut.*	*Omnium generum.*
Nom.	𝔡𝔢𝔯	𝔡𝔦𝔢	𝔡𝔞𝔰	𝔡𝔦𝔢
Gen.	𝔡𝔢𝔰	𝔡𝔢𝔯	𝔡𝔢𝔰	𝔡𝔢𝔯 (𝔡𝔢𝔯𝔢𝔫)
Dat.	𝔡𝔢𝔪	𝔡𝔢𝔯	𝔡𝔢𝔪	𝔡𝔢𝔫 (𝔡𝔢𝔫𝔢𝔫)
Accuſ.	𝔡𝔢𝔫	𝔡𝔦𝔢	𝔡𝔞𝔰	𝔡𝔦𝔢

Vocativus Germanorum ſemper eſt idem cum Nominativo, & Ablativus cum Dativo: quapropter a me omittuntur.

3. De nominum declinationibus inter ipſos Germaniæ populos non omnino convenit, provinciis aliis alia ſectantibus. Ad intelligendum & explicandum ſatis erit, tabellam hanc intueri, in qua per lineam transverſam (—) ſignifico nomen ipſum, quale in Lexico occurrit, nondum ullo additamento mutatum.

	Singularis.	*Pluralis.*
Nom.	—	—, 𝔢, 𝔢𝔫, 𝔫, 𝔢𝔯
Gen.	—, 𝔰, 𝔢𝔰, 𝔢𝔫, 𝔢𝔫𝔰, (adject. 𝔢𝔯)	—, 𝔢, 𝔢𝔫, 𝔫, 𝔢𝔯
Dat.	—, 𝔢, 𝔢𝔫, (adject. 𝔢𝔪, 𝔢𝔯)	𝔫, 𝔢𝔫, 𝔢𝔯𝔫 ſeu 𝔢𝔯𝔢𝔫
Accuſ.	—, 𝔢𝔫 (adject. 𝔢𝔰)	—, 𝔢, 𝔢𝔫, 𝔫, 𝔢𝔯

Nota

Digitized by Google

Nota *adject.* quam parentheſi incluſam vides, indicio eſt, eam terminationem ſolis adjectivis competere. Præterea vocales a, o, u, ſæpe in plurali mutantur in å, ô, û. Der Mann, *vir;* die Månner, *viri:* das Blatt, *folium;* des Blattes, *folii;* die Blåtter, *folia:* das Gut, *bonum;* den Gûtern, vel, ut alii malunt, denen Gûteren, *bonis:* groß, *magnus;* mit groſſer Geduld, *magna cum patientia;* in groſſem Hunger, *in magna fame.*

4. Adjectiva, cum vel nullus articulus, vel articulus unitatis (ein, eine, ein, *unus, una, unum*) ea præcedit, maſculinum formant in er, femininum in e, neutrum in es. Cum autem ante ſe habent articulum der, die, das, omnia genera in e exeunt. Klug, *prudens;* kluger Rath, *prudens conſilium;* ein kluger Mann, *vir prudens;* eine kluge Frau, *prudens matrona;* der kluge, die kluge, das kluge, *hic, hæc, hoc prudens.* Deinceps ordinariam declinationem (§ 3) ſequuntur.

5. Tam adjectiva, quam adverbia, in comparativo aſciſcunt er vel r, in ſuperlativo eſt aut ſt, vel etiam iſt; et a, o, u, mutant in å, ô, û, måchtig, *potens;* måchtiger, *potentior;* måchtigſt, der måchtigſte, *potentiſſimus:* lang, *longus;* långer, *longior;* långſt, den långſten, *longiſſimum:* geſchwind, *cito;* geſchwinder, *citius.*

6. Verborum conjugatio eſt una tantum, quæ verbis auxiliaribus tribus ſuſtentatur; haben, *habere;* ſeyn, *eſſe;* werden, *eſſe.*

7. Conjugatio Verbi haben.

	Ego, ich.	Tu, du.	Ille, er.	Nos, wir.	Vos, ihr.	Illi, ſie.
Indicat. Præſens.	habe,	haſt,	hat:	haben,	habet,	haben.
	habeo,	habes,	habet:	habemus,	habetis,	habent.
Imperfectum.	hatte,	hatteſt,	hatte:	hatten,	hattet,	hatten.
	habebam,	habebas,	habebat:	habebamus,	habebatis,	habebant.
Præteritum.	habe gehabt,	haſt gehabt,	hat gehabt:	haben gehabt,	habet g.	haben gehabt.
	habui,	habuiſti,	habuit:	habuimus,	habuiſtis,	habuerunt.
Plusquamperfect.	hatte g.	hatteſt g.	hatte gehabt:	hatten g.	hattet g.	hatten gehabt.
	habueram,	habueras,	habuerat:	habueramus,	habueratis,	habuerant.
Futurum.	werde haben,	wirſt h.	wird haben:	werden haben,	werdet haben,	werden haben.
	habebo,	habebis,	habebit:	habebimus,	habebitis,	habebunt.
Imperativus.		habe:			habet.	
		habe:			habete.	

Con-

Ego, ich. Tu, du. Ille, er. Nos, wir. Vos, ihr. Illi, ſie.

Conjunct. Præſens. habe, habeſt, habe: haben, habet, haben.
habeam, habeas, habeat: habeamus, habeatis, habeant.

Imperfect. I. hätte, hätteſt, hätte: hätten, hättet, hätten.
haberem, haberes, haberet: haberemus, haberetis, haberent.

Imperfect. II. haben würde, h. würdeſt, h. würde: haben würden, h. würdet, h. würden.
habiturus eſſem, h. eſſes, hab. eſſet: habituri eſſemus, h. eſſetis, h. eſſent.

Præteritum. gehabt habe, g. habeſt, g. habe: gehabt haben, g. habet, gehabt haben.
habuerim, habueris, habuerit: habuerimus, habueritis, habuerint.

Plusquamp. I. gehabt hätte, g. hätteſt, g. hätte: gehabt hätten, g. hättet, gehabt hätten.
habuiſſem, habuiſſes, habuiſſet: habuiſſemus, habuiſſetis, habuiſſent.

Pl. II. würde gehabt haben, würdeſt g. h. würde g. h. würden g. h. würdet g. h. würden g. h.
habiturus fuiſſem, h. fuiſſes, h. fuiſſet: habituri fuiſſemus, h. fuiſſetis, h. fuiſſent.

Futurum I. haben werde, h. werdeſt, h. werde: haben werden, h. werdet, h. werden.
habiturus ſim, habiturus ſis, h. ſit: habituri ſimus, h. ſitis, habituri ſint.

Futur. II. werde gehabt haben, wirſt g. h. wird g. h. werden g. h. werdet g. h. werden g. h.
habuero, habueris, habuerit: habuerimus, habueritis, habuerint.

Infinitivi Præſens. haben. Præteritum. gehabt haben. Futurum. haben werden.
habere. habuiſſe. habiturum eſſe.

Participium Præſentis. habend. Supinum ſeu Participium Præteriti. gehabt.
habens. habitum, habitus.

Gerundium. zu haben.
habendi, ad habendum.

8. Conjugatio Verbi ſeyn.

Ego, ich. Tu, du. Ille, er. Nos, wir. Vos, ihr. Illi, ſie.

Indicat. Præſens. bin, biſt, iſt: ſind, ſeyd, ſind.
ſum, es, eſt: ſumus, eſtis, ſunt.

Imperfectum. war, wareſt, war: waren, waret, waren.
eram, eras, erat: eramus, eratis, erant.

Præterit. bin geweſen, biſt geweſen, iſt geweſen: ſind geweſen, ſeyd geweſen, ſind geweſen.
fui, fuiſti, fuit: ſuimus, fuiſtis, fuerunt.

Plusquamperf. war geweſen, wareſt g. war geweſen: waren g. waret g. waren geweſen.
fueram, fueras, fuerat: fueramus, fueratis, fuerant.

Futurum. werde ſeyn, wirſt ſeyn, wird ſeyn: werden ſeyn, werdet ſeyn, werden ſeyn.
ero, eris, erit: erimus, eritis, erunt.

Imperativus. ſey: ſeyd.
eſto: eſte.

Conjunctivi Præſens. ſey, ſeyſt, ſey: ſeyn, ſeyd, ſeyn.
ſim, ſis, ſit: ſimus, ſitis, ſint.

Imperfectum I. wäre, wäreſt, wäre: wären, wäret, wären.
eſſem, eſſes, eſſet: eſſemus, eſſetis, eſſent.

Imper-

Ego, ich. Tu, du. Ille, er. Nos, wir. Vos, ihr. Illi, ſie.
Imperfect. II. ſeyn würde, ſeyn würdeſt, ſeyn würde: ſeyn würden, ſ. würdet, ſ. würden.
forem, fores, foret: foremus, foretis, forent.

Præteritum. geweſen ſey, geweſen ſeyſt, geweſen ſey: geweſen ſeyn, g. ſeyd, gew. ſeyn.
fuerim, fueris, fuerit: fuerimus, fueritis, fuerint.

Plusquamp. I. geweſen wäre, g. wäreſt, g. wäre: geweſen wären, g. wäret, g. wären.
fuiſſem, fuiſſes, fuiſſet: fuiſſemus, fuiſſetis, fuiſſent.

Plusq. II. würde geweſē ſeyn, würdeſt g. ſ. würde g. ſ. würden g. ſ. würdet g. ſ. würden g. ſ.
futurus fuiſſem, f. fuiſſes, f. fuiſſet: futuri fuiſſemus, f. fuiſſetis, f. fuiſſent.

Futurum I. ſeyn werde, ſeyn werdeſt, ſeyn werde: ſeyn werden, ſeyn werdet, ſeyn werden.
futurus ſim, futurus ſis, futurus ſit: futuri ſimus, futuri ſitis, futuri ſint.

Futurum II. werde geweſen ſeyn, wirſt g. ſ. wird g. ſ. werden g. ſ. werdet g. ſ. werden g. ſ.
fuero, fueris, fuerit: fuerimus, fueritis, fuerint.

Infinitivi Præſens. ſeyn. Præteritum. geweſen ſeyn. Futurum. ſeyn werden.
eſſe. fuiſſe. fore.

Participium Præſentis. weſend. Supinum ſeu Participium Præteriti. geweſen.
exiſtens. qui fuit.

Gerundium. zu ſeyn.
exiſtendi, ad exiſtendum.

9. Conjugatio Verbi werden.

Verbum werden nunc primarium eſt, nunc auxiliare. Cum primarium eſt, ſignificat *fieri:* ſed id non eſt hujus loci. Cum auxiliare eſt, per gallicum *etre*, aut italicum *eſſere* explicandum eſt: quod genus auxiliare ad verbum exponi latine in hac Conjugatione non potuit: ſatis erit, Tempora ipſa præ oculis habere.

Ego, ich. Tu, du. Ille, er. Nos, wir. Vos, ihr. Illi, ſie.
Indicat. Præſens. werde, wirſt, wird: werden, werdet, werden.
Imperf. wurde (ward) wurdeſt (wardſt) wurde (ward) wurden, wurdet, wurden.
Præterit. bin worden, biſt worden, iſt worden: ſind worden, ſeyd worden, ſind worden.
Plusq. war worden, wareſt worden, war worden: waren w. waret w. waren w.
Futurum. werde werden, wirſt w. wird werden: werden werden, werdet w. werden w.
Imperativus. werde: werdet.

Conjunctivi Præſens. werde, werdeſt, werde: werden, werdet, werden.
Imperfectum I. würde, würdeſt, würde: würden, würdet, würden.
Imperfect. II. werden würde, w. würdeſt, w. würde: w. würden, w. würdet, w. würden.
Præteritum. worden ſey, worden ſeyſt, worden ſey: worden ſeyn, worden ſeyd, w. ſeyn.
Plusquamp. I. worden wäre, w. wäreſt, w. wäre: worden wären, w. wäret, w. wären.
Plusq. II. würde wordē ſeyn, würdeſt w. ſ. würde w. ſ. würden w. ſ. würdet w. ſ. würdē w. ſ.
Futurum I. werden werde, w. werdeſt, w. werde: werden werden, w. werdet, w. werden.
Futur. II. werde worden ſeyn, wirſt w. ſ. wird w. ſ. werden w. ſ. werdet w. ſ. werden w. ſ.

Infinitivi Præſens. werden. Præteritum. worden ſeyn. Futurum. werden werden.
Participium Præſentis. werdend. Supinum ſeu Participium Præteriti. worden.
Gerundium. zu werden.

Obſerva, ubique a me poſitum eſſe worden: nam geworden non eſt Verbi hujus auxiliaris, ſed Verbi *fio*: id in Spicilegio meo paulo poſt occurret.

10. Tabella Conjugationis ordinariæ.

Ego, ich. Tu, du. Ille, er. Nos, wir. Vos, ihr. Illi, ſie.

Indicativi Præſens. liebe, liebeſt, liebet: lieben, liebet, lieben.
amo, amas, amat: amamus, amatis, amant.

Imperfectum. liebete, liebeteſt, liebete: liebeten, liebetet, liebeten.
amabam, amabas, amabat: amabamus, amabatis, amabant.

Præteritum. habe geliebet, haſt geliebet, hat geliebet: haben geliebet, habet g. haben g.
amavi, amaviſti, amavit: amavimus, amaſtis, amarunt.

Plusquamperf. hatte geliebet, hatteſt g. hatte g. hatten geliebet, hatten g. hatten geliebet.
amaveram, amaveras, amaverat: amaveramus, amaveratis, amarant.

Futurum. werde lieben, wirſt lieben, wird lieben: werden lieben, werdet lieben, werden l.
amabo, amabis, amabit: amabimus, amabitis, amabunt.

Imperativus. liebe: liebet.
ama: amate.

Conjunctivi Præſens. liebe, liebeſt, liebe: lieben, liebet, lieben.
amem, ames, amet: amemus, ametis, ament.

Imperfectum I. liebete, liebeteſt, liebete: liebeten, liebetet, liebeten.
amarem, amares, amaret: amaremus, amaretis, amarent.

Imperfect. II. lieben würde, lieben würdeſt, lieben würde: l. würden, l. würdet, l. würden.
amaturus eſſem, amat. eſſes, amaturus eſſet: amaturi eſſemus, a. eſſetis, a. eſſent.

Præteritum. geliebet habe, g. habeſt, g. habe: geliebet haben, g. habet, geliebet haben.
amaverim, amaveris, amaverit: amaverimus, amaveritis, amaverint.

Plusquamp. I. geliebet hätte, g. hätteſt, g. hätte: geliebet hätten, g. hättet, g. hätten.
amaſſem, amaſſes, amaſſet: amaſſemus, amaſſetis, amaſſent.

Plusq. II. würde geliebet habē, würdeſt g. h. würde g. h. würdē g. h. würdet g. h. würdē g. h.
amaturus fuiſſem, a. fuiſſes, a. fuiſſet: amaturi fuiſſemus, a. fuiſſetis, a. fuiſſent.

Futurum I. lieben werde, l. werdeſt, lieben werde: lieben werden, l. werdet, l. werden.
amaturus ſim, a. ſis, amaturus ſit: amaturi ſimus, amaturi ſitis, amat. ſint.

Futur. II. werde geliebet haben, wirſt g. h. wird g. h. werden g. h. werdet g. h. werdē g. h.
amavero, amaveris, amaverit: amaverimus, amaveritis, amaverint.

Infinitivi Præſens. lieben. Præteritum. geliebet haben. Futurum. lieben werden.
amare. amaſſe. amaturum eſſe.

Partici-

Participium Præſentis. liebend. amans. Supinum & Participium Præteriti. geliebt. amatum, amatus.

Gerundium. zu lieben. amandi, ad amandum.

Obſerva, literam e ante ſt & t libere poſſe ac ſolere omitti: dicitur enim liebeſt & liebſt, liebet & liebt, liebete & liebte, geliebet & geliebt; ſic etiam habet & habt.

Syllaba ge in Supino ſeu Participio Præteriti uſitata non eſt in illis Verbis, quæ originis germanicæ non ſunt, ſed e Latio aut aliunde adoptata. regieren, a latino *regere*; regieret, non geregieret: prophezeyen, a ſemigræco *prophetare*, prophezeyet, non geprophezeyet: banketiren, comeſſari, ab italico *banchettare*; banketiret, ſine ge. atque ita in aliis, quæ fere in iren aut ieren deſinunt.

11. Verbum Paſſivum nihil eſt aliud, niſi Verbum auxiliare werden cum Supino ejus Verbi, quod conjugandum occurrit. ich werde gehöret: *audior;* ab hören, *audire*: er iſt gehöret worden, *auditus eſt;* non geworden.

12. In Verbis Neutris ſæpe pro auxiliari haben uſurpatur ſeyn, nulla tamen ſenſus mutatione. ſtehen, *ſtare*; ich bin geſtanden, *ſteti*: gehen, *ire*; er iſt gegangen, *ivit.*

13. Verba Anomala ſeu Irregularia ſunt, quæ vocalem ſeu diphthongum Præſentis in Imperfecto mutant: ut, ich finde, *reperio*: ich fand, *reperiebam;* ich weiche, *cedo;* ich wich, *cedebam.* De his, quæ difficultatem maximam afferre diſcentibus ſolent, in mea Methodo nihil eſt cur labores: omnia ultro ſe tibi in Spicilegio ſiſtent. Duo tantum obſerva, quæ, ne Spicilegium plus juſto diffunderetur, in eo dedita opera prætermiſi. Primum eſt, quod a, o, u, in pluribus Germaniæ provinciis, cum Verbum Anomalum eſt, in ſecunda et tertia perſona ſingulari Præſentis Indicativi, & in toto Imperfecto Conjunctivi, mutantur in ä, ö, & ü. ich ſchlage, du ſchlägſt, er ſchlägt, *ferio*, *feris*, *ferit*: ich ſchlug, *feriebam;* ſchlüge, ſchlügeſt, ſchlüge, &c. *ferirem*, *ferires*, *feriret*, &c. Alterum eſt, eisdem Verbis in Imperativo ſingularis numeri ab optimis auctoribus e in fine non addi. ſchlag, *feri!* geh, *i!*

14. Ex Verbis Compoſitis alia inchoantur a particulis inſeparabilibus, alia a ſeparabilibus. Inſeparabiles eæ ſunt, quæ per totam conjugationem Verbo ſuo conſtanter præfixæ maneut. Separabiles autem in Præſenti & Imperfecto Indicativi, itemque in Imperativo, poſt ſuum Verbum rejiciuntur. Verſtehen, *intelligere*; ich verſtehe, *intelligo*; verſteh mich, *intellige me.* at aufſtehen,

Digitized by Google

ſurgere, ich ſtehe auf, *ſurgo*; ſteh auf, *ſurge*. In Catalogo Particularum, quem Spicilegio ſubjunxi, ſeparabiles omnes per præfixum aſteriſcum (*) diſtinguuntur. Animadverte diſcrimen, quod in Supino & Gerundio inter has Particulas perpetuo intercedit. In Supino particulæ inſeparabiles augmentum ge omnino recuſant, ſeparabiles autem inter ſe et Verbum recipiunt. Sic verſtehen in Supino facit verſtanden ſine ge, aufſtehen vero aufgeſtanden. Gerundii ſignum zu eodem modo particulis ſeparabilibus poſtponitur, ſeu inter ipſas et Verbum interſeritur; inſeparabilibus contra ita præponitur, ut in verbis ſimplicibus fieri ſolet. aufzuſtehen, *ſurgendi*, *ad ſurgendum*: zu verſtehen, *intelligendi*, *ad intelligendum*.

15. De Syntaxi, ut in aliis linguis, tam Europæis, quam Orientalibus, ita in Germanica taceo: cum enim id unum mihi ſit propoſitum, ut Lector explicare libros ope Lexici diſcat, nihil attinet regulis eum onerare, ad loquendum & ſcribendum duntaxat neceſſariis. Quem caſum regant Præpoſitiones & Verba, etiamſi neſcias: mentem tamen ſcribentis aſſequi, & lingua tibi nota exprimere, ſatis commode poteris. Si legas, gutes Muths ſeyn: in Lexico invenis, gut ſignificare *bonus*, Muth, *animus*, ſeyn *eſſe*. Meminiſti, es & s (§ 3) indicare Genitivum. Inde orietur phraſis, *boni animi eſſe*. Non te docueram ego, ita loqui Germanos: an tamen dubitabis, eandem eſſe ſententiam, quam in latino illo, *bono animo eſſe?* Idem dico de ſequentibus: ich bin des Willens, ich bin des Sinns; *in ea voluntate*, *in ea ſententia ſum*: etwas möglichſtes Fleißes thun, *facere aliquid ſumma diligentia*: meines Wiſſens, *quod ſciam*: meines Erachtens, *meo judicio*. In his & ſimilibus, ubi notio vocabulorum e Lexico deprehenſa eſt, conſtructionem ad linguæ tuæ conſuetudinem ipſe accommodabis. Sæpe id facere in literarum commercio ipſi Germani coguntur, cum novos ſibique ad eum diem ignotos loquendi modos legunt. Denique in difficilioribus Lexica paulo meliora ſuccurrunt, &, uti nominum genera indicant, ita phraſin implexam enodant.

16. Præpoſitiones cum articulo ſæpiſſime conflantur, ita ut ſola ultima articuli litera ſuperſit. zum Feuer, pro zu dem Feuer, *ad ignem*: aufs Land, *in agrum*, *rus*; pro auf das Land. Particulæ in, an, von, ſequente m, ſuum n amittunt. im Weinkeller, pro in dem, *in cella vinaria*: am Ufer, pro an dem, *in littore*: vom Herren, pro von dem, *a domino*. Pro particula es non raro ſolum s ad finem vocabuli prioris affigitur. weil mirs gefällt, pro mir es, *quia mihi placet*: wie ſichs geziemet, pro ſich es, *uti decet*: wie ſtehts? wie gehts? pro ſteht es, geht es; *quo modo res ſe habet?*

17. Fi-

Digitized by Google

17. Finis vocabulorum nonnunquam differtur, idque per duas virgulas (,) aut lineam (-) indicatur. eine Reichs, und Handelsſtadt, pro eine Reichsſtadt und Handelsſtadt, *urbs Imperii & emporium*: Freund und Feindſchaft, pro Freundſchaft und Feindſchaft, *amicitia & inimicitia*: in geiſt- und weltlichen Sachen, pro in geiſtlichen und weltlichen, *in rebus ſacris & civilibus*. Vel etiam contra; das Getreid ſchlägt auf und ab, pro ſchlägt auf und ſchlägt ab, *frumenti pretium creſcit, & imminuitur.*

18. Diverſæ tot provinciarum Germaniæ dialecti nonnihil diſtantia inter ſe ſcribendi genera effecerunt. Incredibile multis videbitur, quod dicturus ſum. Tam multiplex & per totam Germaniam diffuſa varietas ex una potiſſimum litera pendet. Ea eſt vocalis e, quæ alibi addita, alibi detracta, miram hanc diverſitatem induxit. unſre, unſere, *noſtri*: den Brüdern, Brüderen, *fratribus*: ändern, änderen, *mutare*: dem Freunde, dem Freund, *amico*: Gut, Guet, *bonum*: Bruder, Brueder, *frater*: dieſer, diſer, *hic, iſte*: liegen, ligen, *jacere*: Lügen, Lugen, *mendacia*: Glaube, Glaub, *fides*: hielt, hielte, *tenebat*: ich habe, ich hab, *habeo*: zurücke, zuruck, *retro*: Bürger, Burger, *civis*: Schlöſſer, Schloſſer, *ſerarum faber*: gebückt, gebuckt, *inclinatus*: nam aͤ, oͤ, uͤ, ſuperimpoſitum ſibi e geſtant. In his, quæ ſexcenties occurrunt, ad explicandum plerumque parum aut nihil intereſt, adſitne illud e, an abſit.

19. Auxiliaria haben & ſeyn in præterito & plusquamperfecto frequentiſſime omittuntur. ſobald er es geſagt, id eſt, geſagt hat, vel geſagt hatte, *ut primum dixit*, vel *dixerat*: welcher geſtanden, id eſt, geſtanden iſt, *qui ſtetit*: welcher ermordet worden, pro ermordet iſt worden, *qui occiſus eſt*: wie ich gemeldet: nimirum habe, *prout commemoravi*: nachdem du geſehen, pro geſehen haſt, *poſtquam vidiſti*. Sive autem ponantur, ſive omittantur auxiliaria, attendendum ad Verba laſſen, *ſinere, jubere*, ſehen, *videre*, hören, *audire*, mögen & können, *poſſe*, heiſſen, *jubere*, wollen, *velle*, lernen, *diſcere*, müſſen, *debere*, dörfen, *audere, libere poſſe*: quorum, loco Supini, Infinitivus uſurpatur. er hat ihn laſſen umbringen, *juſſit eum occidi*; non gelaſſen: er hat müſſen fliehen, *fugere debuit*; non gemußt: ich habe dich lernen kennen, *didici noſſe te*; non gelernet.

20. Poſt Verba dicendi, narrandi, & ſimilia, pro Latinorum Infinitivo Germani Conjunctivum amant. er ſprach, du wäreſt abweſend; *dicebat, te abſentem eſſe*. ich antwortete, ich könne nicht; *reſpondebam, non poſſe me*. er erzählet, es ſey eine Brunſt entſtanden; *narrat, incendium exortum eſſe.*

21. Multi participia in end, quæ activa ſunt, paſſivo ſenſu uſurpant. die tragende Liebe, *amor, quo in te feror*: die beſorgende Gefahr, *periculum*,

Digitized by Google

quod timetur. Imo & participium futuri paſſivi per idem activum in end & præpoſitum zu repræſentant. die zu verrichtenden Arbeiten, *ſuſcipiendi labores*.

22. Articulus der, die, das, & ein, eine, ſæpe a ſuis ſubſtantivis per interjecta plura vocabula divelluntur. der in hieſiger Stadt ſchon ein ganzes Jahr lang anweſende Graf, id eſt, der Graf, *Comes, in hac urbe jam toto anno præſens:* eine durch ganz Norwegen unerachtet des ſcharfen Verboths übliche Gewohnheit, id eſt, eine Gewohnheit, *conſuetudo, per totam Norvegiam recepta, non obſtante ſevero interdicto.*

23. Cum explicationem aggrederis, attende particulas ſeparabiles, quæ a Verbis ſuis (§ 14) avulſæ, interdum longe rejiciuntur. er arbeitet ſeine Briefe ſelten recht aus. particula aus hoc loco præpoſitio eſſe non poteſt, cum nullum poſt ſe nomen habeat; ſed ad Verbum arbeiten revocanda eſt, & quærendum in Lexico ausarbeiten, *elaborare*. Tum demum & intermedia in Lexico indaga, ubi ſein *ſuus*, Brief *epiſtola*, ſelten *raro*, recht *bene*, invenies. Collige: *raro ſuas epiſtolas bene elaborat.*

24. Euer, Sein, Sie, cum pro titulis ſeu honoris gratia adhibentur, Verbum plurale regunt, etiamſi de uno vel cum uno tantum homine ſermo ſit. Euer vel Eure Gnaden waren abweſend, *illuſtris Tua Dominatio erat abſens.* Seine Excellenz haben alſo befohlen, *Sua Excellentia (Excellentiſſimus Dominus) ita juſſit.* non war, aut hat. Sie honoris ergo uſurpatur, cujuscunque ætatis aut ſexus hominem alloquare. wie ſprechen Sie? *quid dicis?* Eodem modo pluralem poſcunt Dieſelbe, Hochdieſelbe, Höchſtdieſelbe, quæ pro vulgari pronomine er aut ſie reverentiæ gratia inſeruntur.

De uſu Lexicorum, & Spicilegii noſtri.

25. Nunquam omittendum e memoria illud e, quod (§ 18) varietatem dialectorum maxima ex parte conſtituit: ut, ſi vocabulum alterutro modo ſcriptum non occurrat, altero inveſtigetur.

26. Litera e, ac diphthongi ä, & ö, quæ inter ſe proximæ cognatæ ſunt, paſſim commutantur. Reperies erzählen & erzehlen, *narrare*; betreffend & betröffend, *pertinens*; merklich, mörklich & märcklich, *notabilis, memorabilis*. Horum uno non invento, ad alterum tertiumve te conferes.

27. Sic etiam i, y, & ü, uti ſono pares ſunt, ita in ſcribendo ſæpiſſime permiſcentur. Wirth & Würth, *caupo:* wir & wür, *nos:* bey & bei, *apud:* Meynung & Meinung, *opinio:* über & yber, *ſuper, ultra:* übrig & ybrig, *reliquus.*

28. Vbi

Digitized by Google

28. Vbi alii ſimplex f, ß, z, & k ſcribunt: ibidem alii duplices ponunt, ff, ſſ, tz, & ck vel ckh. laufen & lauffen, *currere:* Preußen & Preuſſen, *Boruſſia:* Herz & Hertz, *cor:* gedenken, gedencken, imo & gedenckhen, *cogitare.* Ea ergo cum quærentur, ſi non occurrant ſimplices, ad duplices confuge; vel contra. Imo ipſæ literæ c & k perſæpe commutandæ erunt. Kreuz & Creuz, *crux:* Kloſter & Cloſter, *domicilium religioſum.*

29. Diminutiva, pro varietate provinciarum, fiunt additis ſyllabis chen aut gen, lein, le, vel etiam ſola litera l. Mann, *vir, homo;* Männchen, Männgen, Männlein, Männle, Männl, *vir parvus, homulus, homuncio.*

30. Syllaba iſch ad finem appoſita e ſubſtantivo adjectivum facit. Oeſterreich, *Auſtria;* öſterreichiſch, *auſtriacus:* Tyrol, *Tyrolis;* tyroliſch, *tyrolenſis.*

31. Initio vocabulorum permutantur paſſim vor & für, ac un & ohn, ipſæque etiam præpoſitiones vor & für. Vorwitz & Fürwitz, *curioſitas:* unkräftig & ohnkräftig, *infirmus:* vor Furcht & für Furcht aut Forcht, *præ timore.* Cavendus illorum error, qui pro unweit, *prope*, unlängſt, *haud ita pridem*, ſcribunt nicht unweit, nicht unlängſt, & ſimilia: quæ contrarium ſenſum gignunt: nam un aut ohn vocabulo præfixum negationem inducit, æque ut Latinorum *in.* gelehrt, *doctus;* ungelehrt, *indoctus.*

32. Particulæ da, hie, wo, initio vocabulorum modo accipiunt, modo rejiciunt literam r. dabey & darbey, *eo loco, ibidem:* davon, darvon, *exinde, ex eo loco, ex ea re:* hiemit & hiermit, *per hoc, cum hoc:* womit & wormit, *cum quo.*

33. Magna commoditas eſt linguæ germanicæ, quod Subſtantivorum omnino omnium primam literam facit majorem: quo ſigno Subſtantiva ab omnibus aliis orationis partibus facillime dignoſcuntur. Band, *tænia;* band, *ligabam, ligabat:* Gewinn, *lucrum;* gewinn, *lucrare:* Graben, *foſſa;* graben, *fodere:* Würde, *Dignitas*, würde, *fieret:* Lügen, *mendacia;* lügen, *mentiri, mentimur, mentiuntur.*

34. Neſcio quis uſus vel abuſus vocabulis plurimis inutiles quaſdam ſyllabas tum initio præfixit, tum ad finem ſuffixit: eæ ſimpliciter negligendæ ſunt, & vocabulum ſine illis indagandum. Tales ſunt an, ab, ein, für, vor, all, initio; o, en, ens, ad calcem. anheut, anſonſt, anerlauben, anverlanget; pro heut, *hodie;* ſonſt, *alias, alio tempore;* erlauben, *concedere;* verlanget, *deſideratus.* abhalten (einen Rath, einen Gottesdienſt) einberichten, einvernehmen; pro halten, *celebrare (ſenatum, rem divinam)* berichten, *referre;* vernehmen, *audire, auſcultare.* fürdauren, vorfinden, allhieſig; pro dauren, *durare;* finden, *invenire;* hieſig, *hujus urbis, hujus loci.*

dahe-

Digitized by Google

daheto, bishero, anhero; pro daher, *quapropter*; bisher, *hactenus*, *hucusque*; anher, *huc*. weilen, dieweilen, endlichen, wiewohlen, gütlichen, urſprünglichens; pro weil vel dieweil, *quia*; endlich, *denique*; wiewohl, *quanquam*; gütlich, *benigne*; urſprünglich, *ab ipſa origine*, *in ipſo fonte*. Adde auferlegen, pro auflegen. *imponere*.

35 Ad legendas epiſtolas eo animo accedendum, ut cogites, poſſe & ſolere in iis omne genus errorum occurrere: qui & in libros non pauci irrepunt. Reperies vill & vihl pro viel, *multus*, *multum*; Spihl pro Spiel, *luſus*, *ludi*; beede aut beide pro beyde, *ambo*; zue pro zu, *ad*; Weeſen pro Weſen, *rei natura*, ſeelig pro ſelig, *beatus*; wolte, ſolte, pro wollte, *volebam*, *vellem*, ſollte, *debebam*, *deberem*; vnd, vnter, pro und, &, unter, *ſub*; ewr, Fewr, pro euer, *veſter*, Feuer, *ignis*.

36. Cum nullius e linguis omnibus fœcunditas major ſit in procreandis vocabulis, quam germanicæ: fieri non poteſt, ut omnia vocabula nova & e duobus aliis conflata vel in uberrimo Lexico inveniantur. Sed ſi inveſtigetur pars vocabuli utraque, facile vera ejus notio evolvetur. ein Taubenaug non occurret: quære partes ambas ſeorſum, & videbis Taube, *columba*, Aug, *oculus*; proinde ſignificari *oculum columbinum*, ſimplicem, minime callidum aut aſtutum. Geldſucht, Sehnſucht. Reperies Sucht, *lues*, *contagio*; Geld, *pecunia*; ſehnen (ſich) *deſiderare*, *concupiſcere*. Eſt ergo Geldſucht contagio pecuniæ, ſeu morbus avaritiæ; Sehnſucht morbus cupiditatis, vehemens deſiderium. Legis kummerfrey. Kummer eſt *ægritudo* animi, frey *liber*. itaque kummerfrey animus doloris expers, ſine ægrimonia. Non reperies in quolibet Lexico hicherkommen aut emporſteigen; ſed hicher, *huc*; kommen, *venire*; empor, *furſum*; ſteigen, *aſcendere*. unde naſcuntur, *huc venire*, *furſum aſcendere*. Sic in Spicilegio meo, e quo Compoſita omnia brevitatis ergo excluſi, ſimplex requirendum erit, unde poſtea in totius vocabuli notitiam venies. Ex entkam rejice particulam ent, & quæſito ſimplici kam intelliges, eſſe Imperfectum Verbi kommen. Reſtitue jam ablatam particulam ent, ut fiat entkommen: de quo Lexicon te docebit, idem eſſe, quod *effugere*, *evadere*: ejusque Imperfectum eſt entkam.

37. Pronomina derſelbe, derjenige, derſelbige, *ille*, ſimul dupliciter declinantur; nimirum prima ſyllaba ut articulus, ultima ut adjectivum: desſelben, desjenigen, desſelbigen, *illius*: demſelben, demjenigen, demſelbigen, *illi*: & ſic deinceps.

38. Vocabula wegen, halben, halber, pronominibus attexuntur, interpoſito t, vel et. deſſentwegen, *propter hoc*: meinethalben, *propter me*: unſertwegen, *propter nos*: eurenthalben, *propter vos*.

39. Quæ-

39. Quædam vocabula eleganter ſeparantur, inſertis in medium aliis. Talia ſunt obgleich & obſchon, *etſi*; vorher, *ante*, *antea*; umher, *circa*; aliaque hujusmodi e duobus conjuncta. ob ich ihn gleich nicht kannte, *etſi eum non noveram:* ob du ihn ſchon beleidiget hatteſt, *quanquam eum offenderas:* ſie lieſen vor dem Wagen her, *ante vehiculum præcurrebant:* alle ſtehen um den Gefangenen her, *omnes captivum circumſiſtunt.*

40. Invenies Lexica, in quibus Compoſita ac Derivata omnia ſuæ ſtirpi ſubjiciuntur. Ibi vocabula Schluß, *clauſula*, Diebsſchlüſſel, *clavis adulterina*, unverſchloſſen, *apertus*, *non obſeratus*, ausſchlieſſen, *excludere*, beſchlieſſen, *concludere*, zuſchlieſſen, *occludere*, & reliquam familiam univerſam ſub capite ſuo Schloß invenies. Difficultatem hanc aliqua ex parte leniet Catalogus Particularum, quem poſt Spicilegium propono: is enim, rejecta particula, quæ Verbo præfigitur, initium quærendæ ſtirpis oſtendit.

41. Ubertas linguæ ac dialectorum varietas non permittit, ut ullum Lexicon vocabula omnia complectatur: nunquam tamen deerit cognata vox aliqua, unde cognoſcere de tua poſſis. Leges, eine baldige Beförderung. Lexicon ſuggeret, bald eſſe *brevi*, Beförderung, *promotionem*, ut Firmicus loquitur: eam ergo *propediem futuram* e vocabulo baldige intelligis. Eodem modo ſcies, in Bälde ſignificare *paulo poſt*, *brevi*. E Lexico diſcis, dieſſeits eſſe *cis*, *ex hac parte viciniore*; unzahlbar, *innumerabilis*; Eigenthum, *poſſeſſio*, *bonum proprium*; erklecken, *ſufficere*. Judica igitur, dieſſeitig eſſe *citimum*, *id quod ex noſtra parte eſt*; Unzahl, *copiam innumerabilem*; Eigenthümer, *rei poſſeſſorem*; erklecklich, *ſufficientem*.

42. Poetica licentia eſt, cum ob majorem facilitatem i aut e ſupprimitur: quod nonnulli per apoſtrophum (') indicant. ew'ger pro ewiger, *æternus:* vor'ger, *prior*, pro voriger: Feu'r pro Feuer, *ignis*.

43. In Spicilegio meo Verborum Supina irregularia conſtanter ſuo augmento ſeu ſyllaba ge prævia ſpoliavi, quod id pluribus de cauſſis multo commodius videretur. Ne vero Lector crederet, ea vocabula eſſe plena & integra, notam ubique præfixi, quæ de omiſſa ſyllaba ge admoneret.

44. In eodem Spicilegio prætermittendos duxi Imperativos illos, & ſecundas tertiasque perſonas Præſentis Indicativi, in quibus ie in eu quibusdam in Provinciis mutatur; ut geuß, geuſſeſt, geußt, *funde*, *fundis*, *fundit*; a gieſſen, *fundere*. In his omnibus ſi pro eu ſubſtituas ie, prodibit Verbum a te quæſitum.

45. In meo Particularum Catalogo primitivas tantum enumeravi, e quibus infinitus pene aliarum numerus oritur, quæ e diverſa primarum copulatione naſcuntur, in longiſſimam ſeriem extendendæ, ſi recenſere

Digitized by Google

ſingillatim omnes animus fuiſſet. Breviter ſic habeto: vel ea in Lexico tota invenies, qualia legis; vel certe diviſa, ſi ſeparatim particulas, rurſusque ſeorſum ſtirpem ſeu Verbum quæſieris. Nunc, Amice Lector, Spicilegium cum Particularum Catalogo præteri, ſtatimque Exercitationem ſatis jam ad eam comparatus aggredere.

SPICILEGIUM

Eorum, quæ in Lexicis reperiri non ſolent, & in Foro aut Epiſtolis uſurpantur.

A.

abgeſchienen, elapſus.
abhülflich, decretorius, efficax.
all, aller, initio vocabulorum vim quandam & incrementum eis addit. allerhöchſt, ſummus, ſupremus: allergnädigſt, ſumme venerandus, clementiſſimus; clementiſſime; allmöglichſter Fleiß, ſumma diligentia.
alldieweil, alldieweilen, quia.
allermänniglich, quivis, omnes; omnibus.
allforderiſt, præſertim, præcipue.
als. 1. ut, ſicut, quaſi. 2. quam, quantum. 3. quando. 4. ſic, igitur. 5. *poſt comparationes*, quam. größer als ich, major me. übler als man glaubet, pejus quam creditur. 6. *poſt negationes*, niſi, præterquam. keiner als du, nemo niſi tu. niemand als die Soldaten, nemo, præterquam milites. 7. als wie, ſicut. 8. als ob, quaſi.
anbey, ſimul.
andere. ein ſo andere, aliqui.
anderte, ſecundus.
anderweit, alibi, aliunde. anderweitig, alius, aliunde petitus.
anerwogen, quia.
anmit, cum hoc, per hoc.
annebens, inſuper, præterea.
anrucks, retro, viciſſim.
Arche. 1. arca. 2. agger.
aß, aſſeſt, aß, &c. edebam, bas, bat, &c. ab eſſen, edere.
aufhabend, incumbens, debitus. aufhabende Pflicht, officium meum, tuum, ſuum. ein aufhabender Brief, aufhabendes Geld, pecunia, epiſtola reddenda.
Aufwand, expenſa.
ausfindig machen, invenire. Ausfindigmachung, inventio.
ausgleichen, compenſare.
Auskunft, notitia.
ausnehmend, ſingularis, excellens.

B.

*bachen, backen, piſtus, frixus ſeu frictus. Supinum a bachen, backen, pinſere, frigere.

band,

Digitized by Google

band, bandeſt, band, ꝛc. ligabam, bas, bat, &c. a binden.

barg, bargeſt, barg, ꝛc. abſcondebam, bas, bat, &c. a bergen.

barſt, barſteſt, barſt, ꝛc. crepabam, bas, bat, &c. a berſten.

bath, batheſt, bath; vel batt, batteſt, batt, ꝛc. rogabam, bas, bat, &c. a bitten.

beangenehmen, approbare, acceptare.

beede, cum derivatis. Vide in Lexico beyde ꝛc.

befahl, befahleſt, befahl, ꝛc. jubebam, commendabam, bas, bat, &c. a befehlen.

befiehl, jube, commenda. a befehlen.

befiehlſt, befiehlt, jubes, commendas, jubet, commendat. a befehlen.

befilche, ꝛc. jubeo, commendo, &c. quaſi a befelchen.

befliß, befliſſeſt, befliß, ꝛc. ſtudebam, bas, bat, &c. a befleißen. befliſſen, Supinum ab eodem. item ſtudioſus, ſedulus.

befohlen, Supinum a befehlen, jubere, commendare.

befolgen, exequi.

begann, beganneſt, begann, ꝛc. incipiebam, bas, bat, &c. a beginnen.

begonnen, Supinum. ab eodem.

begunnte, eſt, e, ꝛc. incipiebam, bas, bat, &c. ab eodem.

Behelf, neceſſitas, remedium neceſſitatis.

behelligen, importunum eſſe.

Behörde, convenientia, conveniens.

behörig, conveniens, debitus.

bemüßiget, adactus.

beſchehen, accidere. Eſt etiam Supinum ab eodem.

beſcheiden (ſich) exiſtimare.

*bethen, Supinum a bitten, rogare.

betrog, betrogeſt, betrog, ꝛc. decipiebam, bas, bat, &c. betrogen, Supinum. a betriegen.

*betten, Supinum. a bitten, rogare.

bewog, bewogeſt, bewog, ꝛc. movebam, bas, bat, &c. bewogen, Supinum. a bewegen, movere.

beybehalten, conſervare. Beybehaltung, conſervatio.

Bezug, acceptio.

birg, abſconde. a bergen.

birgeſt, birgt, abſcondis, abſcondit. ab eodem.

birſt, crepa. a berſten.

birſteſt, crepas. ab eodem.

biß, biſſeſt, biß, ꝛc. mordebam, bas, bat, &c. a beißen.

*biſſen, Supinum. ab eodem.

*blaſen, Supinum. a blaſen, flare.

blieb, bliebeſt, blieb, ꝛc. reſtabam, bas, bat, &c. a bleiben.

*blieben, Supinum. ab eodem.

blies, blieſeſt, blies, ꝛc. flabam, bas, bat, &c. a blaſen.

bog, bogeſt, bog, ꝛc. flectebam, bas, bat, &c. a biegen.

*bogen, Supinum. ab eodem.

*borgen, Supinum. a bergen, abſcondere.

*borſten, Supinum. a berſten, crepare.

both, botheſt, both, ꝛc. aut bott, botteſt, bott, ꝛc. offerebam, bas, bat, &c. a biethen.

Digitized by Google

*bothen, botten, Supinum. ab eodem.
brach, brachest, brach, 2c. frangebam, bas, bat, &c. frangebar, baris, bare, &c. a brechen.
*bracht, Supinum. a bringen, afferre.
brachte, eſt, e, 2c. afferebam, bas, bat, &c. a bringen.
*brannt, Supinum. a brennen, urere, ardere.
brannte, teſt, te, 2c. ardebam, bas, bat, &c. urebam, bas, bat, &c. ab eodem.
*braten, Supinum. a braten, torrere, aſſare.
brich, frange, frangitor. a brechen.
brichſt, bricht, frangis, frangit, vel frangeris, frangitur. a brechen.
briet, brieteſt, briet, 2c. torrebam, (aſſabam) bas, bat, &c. a braten.
*brochen, Supinum. a brechen, frangere.
buch, bucheſt, buch, 2c. pinſebam, frigebam, bas, bat, &c. a backen.
*bunden, Supinum. a binden, ligare.

D.

da. 1. hic, ibi. 2. ubi. 3. tunc. 4. cum, quando. 5. ſolius elegantiæ gratia. ſo da iſt, qui eſt, welcher da begehret, qui petit.
*dacht, Supinum. a denken, cogitare.
dachte, eſt, e, 2c. cogitabam, bas, bat, &c. a denken.
danknehmig, gratus, grato animo.
dann. 1. etiam. 2. ergo. 3. niſi, excepto. 4. tunc. 5. dann pro denn, quia, nam.
dannoch, tamen.
darf, darfſt, darf, 2c. audeo, audes, audet, &c. a dörfen.
darunter, ſub hoc, ſub his.
das. 1. articulus. 2. hoc, id, quod.
daß, quod, ut, quia.
deiner. 1. tui (a tu.) 2. tuæ, tuarum, tuorum.
dem. 1. articulus. 2. huic, ei; hoc, eo. 3. cui, quo.
den. 1. articulus. 2. hunc, eum. 3. quem.
denen. 1. his, illis. 2. quibus. 3. multis eſt articulus in dativo plurali.
der. 1. articulus. 2. ille, qui. 3. cujus, cui, qua. 4. hujus, huic, hac. 5. ejus, ei, ea.
deren, derer. 1. eorum, earum. 2. quorum, quarum. 3. multis eſt genitivus pluralis articuli.
derley, talis, tales, talia.
dermalen, nunc.
dero, ejus, ſuus.
deßhalben, deßhalber, ideo, propterea.
deſſen. 1. ejus. 2. cujus.
deucht, videtur. mich deuchte, mihi videbatur.
dich, te.
die. 1. articulus. 2. ea, eam. 3. ii, eæ; eos, eas; ea. 4. quæ, quam. 5. qui, quæ, quos, quas.
dienſam, utilis.
dienſtbrtwll. (id eſt, dienſtbereitwilliger.) ad obſequia promptus.
dir, tibi.
*dorſt, auſus. a dörfen.
dorſte, teſt, te, 2c. audebam, bas, bat, &c. a dörfen.

Digitized by Google

Dr (Diener) ſervus.
drang, drangeſt, drang, ꝛc. urgebam, premebam, bas, bat, &c. a dringen.
driſch, excute frumentum. a dreſchen.
driſcheſt, driſchet, excutis, excutit frumentum. a dreſchen.
droſch, droſcheſt, droſch, ꝛc. excutiebam, (frumentum) bas, bat, &c. a dreſchen.
*droſchen, Supinum. a dreſchen, frumentum in area excutere.
*drungen, Supinum. a dringen, urgere, premere.
Durchl. (id eſt, Durchleucht, aut Durchleuchtig) Sereniſſimus. titulus Regum & Ducum.
durfte, teſt, te, ꝛc. audebam, bas, bat, &c. a dörfen.

E.

E. in titulis, Euer, Eure, Veſtra. E. E. (Excellenz) Tua Excellentia. E. G. (Gnaden) Gratioſa Tua Dominatio. E. E. (Ehrwürden) Veſtra Reverentia. E. H. (Hochwürden) Tua Paternitas. E. H. (Hochedle) Nobilis Tua Dominatio.
ehedem, prius, olim.
ehehin, prius.
ehender, prius, citius.
einlangen, tradere, exhibere. Einlangung, traditio.
einſchwerzen, inferre, invehere.
einſehen, cognoſcere.
Einſicht, cognitio.
einſt, einſtens, pridem, olim; denique; aliquando.
empfahl, empfahleſt, empfahl, ꝛc. commendabam, bas, bat, &c. ab empfehlen.
empfiehl, commenda. empfiehlſt, empfiehlt, commendas, commendat. ab empfehlen.
empfohlen, Supinum. ab empfehlen, commendare.
entzwiſchen, interim.
erblich, erblicheſt, erblich, ꝛc. expalleſcebam, bas, bat, &c. erblichen, Supinum. ab erbleichen. erblich, erblichen, (ab erben) hæreditarius, jure hæreditario.
erlaſſen. 1. remittere. 2. ſcribere, mittere. 3. Supinum ab utroque.
erledigt, liber, vacans.
Erledigung, liberatio; vacatio muneris.
eröfteret, ſæpius memoratus.
erproben, probare, argumentis firmare.
errichten, erigere, conſtituere.
Errichtung, conſtitutio, inſtitutio.
erſcholl, erſcholleſt, erſcholl, ꝛc. reſonabam, bas, bat, &c. erſchollen, Supinum. ab erſchallen.
erſchrack, erſchrackeſt, erſchrack, ꝛc. extimeſcebam, bas, bat, &c. ab erſchrecken ſeu erſchricken, extimeſcere.
erſchrick, extimeſce. erſchrickſt, erſchrickt, extimeſcis, extimeſcit. ab erſchrecken.
erſchrocken, Supinum. ab erſchrecken.

erſt, nunc, primum, modo.
erwirken, obtinere.
es. 1. *imperſonale.* es geſchieht, accidit. gallice, *il arrive.* italice, *egli accade.* 2. id. ein Narr glaubt es, ſtultus id credit.
etwan, etwann, forte.
euch, vobis, vos.
euer. 1. veſtri, veſtrum, a *tu.* 2. veſter.

F.

*fahren. Supinum. a fahren, vehi curru, equo, navi.
*fallen, Supinum. a fallen, cadere.
falls, ſi, ſi forte.
fand, fandeſt, fand, ꝛc. reperiebam, bas, bat, &c. a finden.
*fangen, Supinum. a fangen, capere.
fert, ferten, anno præterito.
fertig. 1. promptus, expeditus. 2. anno præterito natus aut factus.
fertigen, expedire.
ficht, pugnato, certa. fichteſt, ficht. pugnas, pugnat. a fechten.
fiel, fieleſt, fiel, ꝛc. cadebam, bas, bat, &c. a fallen.
fieng, fiengeſt, fieng, ꝛc. capiebam, bas, bat, &c. a fangen.
Fingerzeig, indicium, inſtitutio.
Fl. (Gulden) florenus.
fleuch, fuge. fleuchſt, fleucht, fugis, fugit. a fliehen.
flicht, implica, plecte. flichteſt, flicht, implicas, implicat. a flechten.
flocht, flochteſt, flocht, ꝛc. implicabam, plectebam, bas, bat, &c. ab eodem.
*flochten, Supinum. a flechten, implicare ſeu plectere.
flog, flogeſt, flog, ꝛc. volabam, bas, bat, a fliegen.
*flogen, Supinum. a fliegen, volare.
floh, floheſt, floh, ꝛc. fugiebam, bas, bat, &c. a fliehen.
*flohen, Supinum. a fliehen, fugere.
floß, floſſeſt, floß, ꝛc. fluebam, bas, bat, &c. a fließen.
*floſſen, Supinum. a fließen, fluere.
focht, fochteſt, focht, ꝛc. pugnabam, bas, bat, &c. a fechten.
*fochten, Supinum. a fechten, pugnare.
fodern, cum ſuis derivatis & compoſitis vide in Lexico, Voc. fordern.
folgſam, folgſamlich, quod conſequens eſt; idcirco, propterea.
Forcht, forchten, ꝛc. Vide Furcht, fürchten, ꝛc.
förmlich, formatus, expreſſus, conceptus; expreſſe, aperte.
fortan, deinceps.
fraß, fraſſeſt, fraß, ꝛc. vorabam, bas, bat, &c. a freſſen.
*freſſen, Supinum. a freſſen, vorare.
friß, vora. friſſeſt, frißt, voras, vorat. a freſſen.
fror, ꝛc. glacie obtegebar, frigebam, &c. a frieren.
*froren, Supinum. a frieren, glacie tegi, algere.
fuhr, fuhreſt, fuhr, ꝛc. vehebar, baris, batur, &c. equo, curru, navi. a fahren.
*funden, Supinum. a finden, reperire.
fürderhin, fürdershin, deinceps.
fürgehen, exequi, progredi.
fürohin, deinceps.

G. G.

Digitized by Google

G.

g. G. (id eſt, geliebts GOtt) Superis bene juvantibus, DEO favente.
gab, gabeſt, gab, ꝛc. dabam, bas, bat, &c. a geben.
galt, galteſt, galt, ꝛc. valebam, bas, bat, &c. a gelten.
*gangen, Supinum. a gehen, ire.
gebahr, gebahreſt, gebahr, ꝛc. pariebam, bas, bat, &c. a gebähren.
*geben, Supinum. a geben, dare.
gebeut, jube. gebeutſt, gebeut, jubes, jubet. a gebiethen.
gebiehr, partum ede. gebiehreſt, gebiehret, paris, parit. a gebähren.
gebohren, Supinum. a gebähren, parere, partum edere.
gedachter, dictus, memoratus.
gedieh, ꝛc. proficiebat, proderat, &c. gediehen, Supinum. a gedeihen.
Gefährde, fraus.
gefürſtet, Principalis, ad Principatum evectus.
geheimder, intimus.
Gehörde, neceſſitas, res aut locus conveniens.
gelung, bene ſuccedebat. gelungen, Supinum. a gelingen, bene ſuccedere, feliciter evenire.
gemeſſen, ſerius, ſeverus; ſerio, ſevere. 2. Supinum. a meſſen, metiri.
genas, genaſeſt, genas, ꝛc. convaleſcebam, pariebam, bas, bat, &c. a geneſen.
Genehmigung, approbatio.
geneſen, Supinum. a geneſen, convaleſcere, partum edere.
genoß, genoſſeſt, genoß, ꝛc. fruebar, baris, batur, &c. genoſſen, Supinum. a genieſſen, frui.
genugſam, ſatis; ſufficiens.
Gerechtſame, jus.
geſammte, univerſus, totus.
geſchah, accidebat, fiebat. a geſchehen.
geſchehen, Supinum. a geſchehen, accidere, fieri.
geſchieht, accidit. a geſchehen.
Geſinnung, animus, opinio, voluntas.
*geſſen, Supinum. ab eſſen, edere.
geſtalten, quia; ſicut.
gewann, gewanneſt, gewann, ꝛc. lucrabar, baris, batur, &c. vincebam, bas, bat, &c. a gewinnen.
geweſt, Supinum. a ſeyn, eſſe.
gewonnen, Supinum. a gewinnen, lucrari, vincere.
geworden, Supinum. a werden, fieri.
gewunnen, Supinum. a gewinnen, lucrari, vincere.
gib, da. a geben.
giebſt, giebt, das, dat. a geben. es giebt hier einen guten Meiſter, eſt hoc loco magiſter bonus.
gieng, giengeſt, gieng, ꝛc. ibam, ibas, ibat, &c. a gehen.
gilt, vale. gilteſt, gilt, vales, valet, a gelten, valere, in pretio eſſe.
glich, glicheſt, glich, ꝛc. ſimilis eram, eras, erat, &c. a gleichen.
*glichen, Supinum. a gleichen, ſimilem eſſe.
gliß, gliſſeſt, gliß, ꝛc. ſplendebam, bas, bat, &c. a gleißen.

*gliſſen

Digitized by Google

*gliſſen, Supinum. a gleißen, ſplendere.

glitt, glitteſt, glitt, ꝛc. lapſabam, bas, bat, &c. a gleiten.

*glitten, Supinum. a gleiten, lapſare.

glomm, glommeſt, glomm, ꝛc. fumabam, ardere incipiebam, bas, bat, &c. a glimmen.

*glommen, Supinum. ab eodem.

*golten, Supinum. a gelten, valere.

goß, goſſeſt, goß, ꝛc. fundebam, liquabam, bas, bat, &c. a gießen.

*goſſen, Supinum. a gießen, fundere, liquare.

*graben, Supinum. a graben, fodere.

griff, griffeſt, griff, ꝛc. tangebam, bas, bat, &c. a greifen.

*griffen, Supinum. a greifen, tangere, &c.

grog. pro großgünſtig, perquam favens.

grub, grubeſt, grub, ꝛc. fodiebam, bas, bat, &c. a graben.

Gutfertiger, inſtitor, negotiator.

H.

H. (Herr) Dominus.

h. ſeu H. aut heil. (id eſt, heilig) ſanctus.

H. R. R. (heiligen römiſchen Reichs) Sacri Romani Imperii.

half, halfeſt, half, ꝛc. juvabam, bas, bat, &c. ab helfen.

halt. 1. ſiſte gradum. 2. nempe, quippe, certe.

hält, tenet. ab halten.

*halten, Supinum. ab halten, tenere, &c.

Handgelübt, (Handgelübd) promiſſio ad manum, promiſſum ſine jurejurando, ſola manu porrectâ.

*hangen, Supinum. ab hangen, pendere, ſuſpenſum eſſe.

*hauen, Supinum. ab hauen, cædere.

*heißen, Supinum. ab heißen, vocare, jubere.

hieb, hiebeſt, hieb, ꝛc. cædebam, bas, bat, &c. ab hauen.

hieländig, hujus regionis, in hac provincia natus aut factus.

hielt, hielteſt, hielt, ꝛc. tenebam, bas, bat, &c. ab halten.

hiemit, cum hoc, per hoc.

hienebſt, ſimul, cum hoc.

hieng, hiengeſt, hieng, ꝛc. pendebam, bas, bat, &c. ab hangen.

hierinnfalls, in hac re, in hoc caſu.

hiernach, ſecundum hæc.

hierüber, ſuper hoc.

hierunter, ſub hoc, in hoc.

hierwegen, propterea, idcirco.

hieß, hießeſt, hieß, ꝛc. jubebam, vocabam, bas, bat, &c. vocabar, baris, batur, &c. ab heißen.

hilf, juva. hilfeſt, hilft, juvas, juvat. ab helfen.

hinkünftig, deinceps.

hinterführen, decipere.

hinterſchlagen, decipere, defraudare. Hinterſchlagung, fraudatio.

hob, hobeſt, hob, ꝛc. tollebam, bas, bat, &c. ab heben.

*hoben, Supinum. ab heben, tollere.

hoch. 1. altus, ſublimis. 2. alte. 3. initio vocabuli ſignum eſt reverentiæ, & ſenſum auget. hochedel, nobiliſſimus. hochedelgebohren, nobiliſſi-

